DISSERTATIO INAUGURALIS, MEDICO-CHEMICA DE AUSTRIACI…

THESES MEDICAE.

I.

Qui bene resolvere valet problema physiologicum, cur in calida, & salina nostrorum humorum temperie in sanitate nunquam, in morbis frequenter macerentur corporis nostri solida; intelligit

1mo. Sanitatis leges, conditiones, morborum chronicorum origines, caussas: maxime scorbuti & gangrenae senilis; intelligit

2do. Morborum plerorumque chronicorum radices magis in solidis quam fluidis haerere, & Clar. BORDEVII sententiam veram esse; intelligit

3tio. Moderatum motum vnicum sanitatis, longaevitatis, & primum praesidium esse; & quae alia sunt.

II.

Qui perspicit sanitatem latitudinem habere, habere etiam latitudinem morbum, & diuersa ab iisdem caussis corpora diuersimode adfici, facile eruet

1mo. Empyricos infelices debere esse practicos.

2do. Medicamentum vniuersale sanitatem praesentem conseruans, aut laesam restituens non dari.

3tio. Morborum eorundem easdem curationes ad amussim esse non posse, minime Epidemicorum, maxime si caussae morborum epidemicorum in differentiis illas agunt.

4to In morbis acutis medicos, qui symptomata curant, quae vrgeant, bene omnino facere,

BOERHAAVIVM nihil aliud, nihil aliud SYDENHAMVM vnquam fecisse praeeunte HYPOCRATE.

5to. In praescriptionibus formularum potius plura congerenda esse, quam pauciora, remediorum adeo simplicitati studendum esse.

III.

Nec Tabula adfinitatum corporum naturalium vel exacta, vel magis simplicium hucusque perfecta est, corporum compositorum ne quidem inchoata, & inde patet

1mo. Simplicium & summorum in vniuerso agentium naturam debere esse prius perspectam, antequam etiam simplicium tabula confici possit. Acidum vitriolicum enim non videtur esse acidum primigenium & vniuersale: simplex sane non est, nec ab hoc tabula simplicium recte inchoari potest. An acidum causticum primum est? Causticum, quid sit, non ausus est definire Clar. BVCHHOLT, & eius experimenta caustici territorium dilatant, naturam non destruunt, docent enim non solum ex igne culinari, sed etiam solari causticum calci communicari. *Vid. eius scripta.*

2do. Compositorum vt in aquis medicatis corporum leges non esse exigendas iuxta tabulam vulgo d ctam simplicium. Est enim in vna eademque aqua selenites & alcali minerale, potest aqua omnes habere sulphuris aut hepatis sulphuris dotes, & nullam harum substantiarum largiri, &c.

L.

L. B.



Iam a pluribus retro annis omnibus iniunctum fuit Medicis, Physicis, & Chyrurgis, vt salutares aquarum scaturigines, siue illae in potum medicatum adsumerentur, siue salutifera inde pararentur balnea, siue thermarum forma prodesse viderentur, scientifico Examini subiicerent, ac de earum situ, contentis, effectibus sedulo, & candide Magistratibus referrent: Verum haec res, quamuis maxime salutaris, exiguos hucusque successus habuit, & nulla adhuc fere vtilitas inde in rempublicam sequebatur; etenim defuerunt, qui exactam & genuinam aquarum analysin praestarent. Imminet autem nunc felix illa Epocha, dum Perillu-

 strìs,

ſtris, ac Celeberrimus Profeſſor CRANTZ ex omni parte exactiſſime huic intentioni reſponſurus non ſolum cum omnibus fere Archiducatus Auſtriae Medicis & Chyrurgis litterarum Commercium iniit, plurimis examinandi aquas genuinam methodum praeſcripſit, alios oretenus edocuit, eosque ad examina inſtituenda emiſit; ſed etiam ipſe non pauca itinera pro examinandis in propria ſcaturigine aquis inſtituit, alias e diſſitis prouinciis conſcriptas a ſe aquas huc aduehi curauit, denique libros de hac materia tractantes tum ſingulari ſolertia conquiſiuit, tum propriis ſumtibus coemit, quorum omnium, vti & aliorum taedium, curae, labores, atque impenſae ſponte

pa-

patent. Ex quibus omnibus historiam aquarum Archiducatus Austriae a Celeberrimo Viro breui & tuto sperare licebit, de qua, licet maximi sit momenti, vix vllus hactenus cogitauit. Debuit nuper ingenti stipendio Gallia conducere examinatorem aquarum suarum Clar. VENEL, Austria iam habet solo amore patriae conductum.

Nos hic trademus desiderati huius operis partem minimam, scilicet quasdam Brysgoiae, Carinthiae, Carnioliae, Styriae, Tyrolis, Hungariae, & Morauiae aquas, forsan etiam vel maxime mancam: idque eo potissimum Clarissimi Praeceptoris Consilio fecimus, vt harum prouinciarum seu Medici, seu Chyrurgi,

vel aquarum suarum analyses, vel ipsas demum vere medicatas aquas optimi CRANTZII impensis transmittere, nominaque aquarum hic forsan omissarum addere velint, vt ita relictus ille hiatus compleri possit. Rogat itidem Clarissimus Professor dilectissimos quondam suos discipulos vt & alios Medicos, & Chyrurgos per dissitos Hungariae, Transylvaniae, Sclauoniae fines dispersos, vt suas, & confinium Poloniae, Moldauiae, Valachiae, Seruiae, Bosniae medicatas, si possint, non negligant, aut saltem eas nomine indicent, cum quasi certus sit, Hungariae, Transyluaniae, ac finitimorum locorum acidulis, aquis medicatis, aut thermis nil praestantius inueniri posse:

fe: fummopere laudat diligentiam indefeffi Tranfyluani Med. Doctoris Stephani MATH, & difcipuli quondam fui VASARHELLY, a quibus multa exfpectat, maxime vero a capaciffimo & laboriofiffimo Chemiae Profeffore Tyrnauienfi IACOBO WINTERL fperat analyfes aquarum Carpathicarum, quem folum & vnicum iam poffidet Hungaria, qui copiofiffimis huius regni aquis examinandis par foret, & qui procul dubio rem heroicam ita praeftaret, ne fuprema huius regni camera fuis forte fumtibus & expenfis fruftraretur; nec minus Scapufcaliarum a Clar. PRECHLER, & quarundam Brisgoiarum a Clar. GEBHARDT.

Nec crediderim quempiam omnium fore, qui hoc *illius* precibus dare recusét, si in hocce nostro schediasmate viderit Celeberrimum Virum voluisse omnes etiam tolerabiles veterum analyses, aliae enim vix etiam summa indulgentia admitti possunt, suis praemitti, vnius cuiusque examen fideli calamo sub debito ordine, titulis, nomine recenseri, si viderit inquam hac ratione celebrem adeo Magistrum quasi sub discipulis militare, & veritatem solummodo experimentis, euolutam amare.

BRIS-



BRISGOIAE AQVAE

MEDICINALES



Exploratores aut nullos expertae sunt, aut admodum obscuros, vt, qua polleant vi hae aquae, ignores. Dissertationem inauguralem de aere, aquis, locisque Brisgoiae Chrysostomus SARTORI 1769. scribens, paucis contentus, de omnibus dixit harum aliquas principio martiali, alias sulphure, terra calcarea alias gaudere; esse etiam, quae sola puritate & leuitate glorientur: errare non potuit, haec enim certo verificabuntur. Alii fugaces schedulas laudatorias dedere, analysin veram & bonam, quantum noui, nullus.

BA-



BADENWITER Balneum

GLADERBACH Baln.

GRVNER Baln.

St. CRVCIS seu KIRNHAL.

St. LANDELINI.

SCHAFFHVSEN.

SVLZBVRG.

VAGSPVRG.

CARINTHIAE SALUTARES LATICES.

Huius Ducatus Medicatae Aquae vix vilos habuere exploratores; nostra aetate solum laudem, & diligentiae proemium meruit Antonius Wilevg Comitis a Laudron Chyrurgus; ceterum vt mihi huius provinciae salutares Latices ex Actis Commissionis Sanitatis per literas communicavit Expertissimus Clagenfurtensis Physicus & Sanitatis Adsessor Chrysanthemus Westius, ita hic communico.



FAMIS Fons Carinth.

Sic dictus quod ex potu famem causset, duobus est a Kappel miliaribus in rustici, ibi habitantis sede.

KAPPEL Acidul. Carinth.

In prato rustici Ierlach, & illo atiam rustici Pavlisch.

KLEIN-



KLEINNINGRABEN Acid. Carinth.

In Lavantischen.

NEUSCHULTZ Acid. Mart. Carinth.

AVCTORE ET EXPLORATORE
EGREGIO VIRO CHYRVRGO
ANTONIO WILBVRG.

A Gemund media hora in prato, martiali lapide plurimum foeto, frequenti origine erumpunt aquae, quae in suo cursu seu brunnam mineram, seu ex rubro flauam tanta quantitate deponunt, vt rubro colore tinctae adpareant.

In scaturigine clarae, limpidae, non tamen crystallinae, dum fere ex caeruleo lactescunt, minime frigidae sunt, sed temperatae solum. Cum bullulis erumpunt, & fugaci nares vapore adficiunt, in lingua, quam adstringunt, atramenti degustati non tamen ingratum sensum relinquunt; ita vero sese gessere in aliis experimentis.

Primo. A gallis profunde rubro fuscescente colore inficiebantur.

Se-

Secundo. Ab acidis adfusis non quidem ebulliebant, sed insensilem tamen motum aliquem imbant.

Tertio. Cum oleo tartari lactescebant albidae factae.

Quarto. A violarum syrupo vix mutabantur.

Quinto. Lac non coagulabant.

In vasis studio, curaque obsignatis exanimantur, effoetae fiunt, ut intelligatur transferri non posse.

Euaporata libra una medica residui grana nouem subministrauit. Hae cum acidis vehementer efferuescebant, remanente rubro-flaua martis ochra, quae calcinata magnete adtraheretur; dedit etiam haec ochra in aliis experimentis spiritum, spiritui vitrioli similem.

Purgat aliquando, ceterum vrinam pellit. Alium etiam & nouum Egregius vir detexit priori similem fontem: sed in his omnibus Crystallisatio desideratur.

PETZENBERG Soter: Carinth.

Non procul Feitersberg infra Ebern-dorff.

PREBL



PREBL Acid. Carinth.

In LAVANTHALL.

St. BARBARAE Baln. Carinth.

Non longe diſtat FRISACO.

St. CATHARINAE Baln. Carinth.

Ad KLEINKIRSCHEIM tepide ſcaturit.

St. LEONARDI Baln. Carinth.

Supra HIMMELBERG: valent in ſterilitate mulierum.

St. LEONARDI Vrbis Acid. Carinth.

In LAVANTHALL vere,& creſcentibus diebus dicuntur efficaciores, decreſcentibus debiliores. Transferuntur ſatis celebres.

St. MAGDALENAE Baln. Carinth.

Non longe FELDKIRCHEN.

St. NICOLAI Phlogiſt. Carinth.

Leuca una cum dimidia a St. NICOLAO in RAVSCHENRATSCH ad pedem rupis in pla-

planitie sitae scaturiunt, sedimentum ponunt ex albo caeruleum, margaritacei coloris vnctuosum saponaceum.

TROPELACHE Alpen. Soter. Carint.

In GEITHALL.

VILLACH Therm. Carinth.

Aliquibus retro seculis celebres, iam ab AVREOLO PARACELSO THEOPHRASTO laudatae, *tractatu sexto, capite octauo de virtute quarumdam Thermarum Germaniae;* ubi legitur: hae tres, Badenses Austriae, Toeplitzenses Bohemiae, Villacenses Carinthiae, fere similem originem principiorum habent; etenim per lapidum calcareorum strata profunde decurrentes, solum adfrictu ad calcem facto calorem sibi participant neque multum aliorum contentorum habent, unde quoque eximia harum thermarum virtus ex calore a calce mutuato, & humido aqueo pendet, ut tamen Badenfibus Austriae quidquam THALK & KAKIMIE insit.

B Ne-

 

Neque minus MARTINVS RVLANDVS Frisingensis Doctor, Physicus, & Professor in schola LAVGINGANA hasce laudat in sua HYDRIATRICE edita anno 1568. Vbi cuiuis morbo ad ordinem alphabeticum addit varia eidem percurando apta balnea, ut nullum corporis malum sit, cui ille non certissimum remedium in quibusdam inuenerit thermis. Et quidem Villacenses effert contra Cephaleam pituitosam, Erysipelata, hepatis morbos frigidos, vti & intestinorum ad vteri humores viscosos, memoriam debilem, fluorem album, defectum mensium, resolutionem neruorum, phlegma pituitosum, podagram, surditatem, vertiginem, mala frigida ventriculi, vlcera serpentia maligna &c.

Illud tamen notandum, eundem Authorem ad hosce morbos curandos semper cum Villacensibus etiam eisdem locis adducere Badenses Austriae & Toeplitzenses Bohemiae; vt adeo videatur eius sententiam de omnibus his tribus eandem esse cum prius memorati PARACELSI opinione de origine, & contentis harum thermarum.

Analysin harum Thermarum proxime dabit Clarissimus ac Celeberrimus Professor CRANTZ.

CAR-



CARNIOLIAE MEDICATAE.

Priorum fata habent & paupertatem: vti eas ex historiographis conlegit Expertissimus Vindobonensis Med: Doctor, nunc Physicus Iaurinensis CHRISTAN, ita nunc hic exhibeo.



ALTEN EINOEDT Soter. Carnioliae.

In media Carniolia in ALTEN EINOEDT, AVERSPERG, ROSSECK &c. viui & praestantissimi fontes deprehenduntur.

BILICHGRATZ Fons Carnioliae.

Prope BILICHGRATZ fons est in oculorum morbis utilis: incerta tamen fama est.

FREIDENTHALL Soter. Carniol.

AVCTORE ET EXPLORATORE
CLARISSIMO ac CELEBERRIMO PROFESSORE
CRANTZ.

Ad pedem montis, qui Carthusianorum monasterio FREIDENTHALL subiicitur, haec propullulat aqua, quae a Carnioliae me-



tropoli Labaco tribus, quatuorue horis distat. Recens mihi examinanda missa est ab Expertissimo ac Eximio Labacensi Practico Pollini.

Viennam transuecta clara quidem, parum tamen floccosa fuit, flocculis albidis mota lagena hinc inde natantibus: saporem singularem haec aqua habuit nullum, in fine siccantem: spirituosa non est in experimento.

Primo. Nec ab oleo tartari, nec a lixiuio phlogisticato, nec a solutione mercurii concentrata minimum turbabatur. Alia vice cum solutione mercurialium crystallorum aquosa nubes caeruleas, quae illico in album lacteum conuerterentur, & liquidi summitatem turbarent, inferiorem eius partem liberam relinquerent, excitauit; nubium albidarum infernus circulus in citrinum languebat.

Secundo. A Solutione argenti tentabatur nube in rubrum inclinante, altera tamen die liquidum clarum fuit sine ullo praecipitato.

Tertio. Infudi omnibus eiusdem aquae iam euaporatione concentratae priorum reagentium guttas quinque; immutatae per-

sti-

ftitere, post duos dies tamen lixiuium phlogisticatum fedimen pepererat parcum gryseum, & folutio argenti colore rubro fufco vitrum infecerat.

Quarto. Delufus aqua, quam adeo laudarunt, volui lagenarum fundum floccofum magis, experiri; itaque instillato nitri genuino fpiritu, flocculi nec abforpti nec digesti funt; huic mixturae dum fuperdarem lixiuium fixum phlogisticatum, post tempus aqua viridefcere coepit, martisque initia dare, altera die caeruleum berolinenfe depofuerat.

Quinto. Ab inftillato liquore auripigmenti glaucam in fundo nubem contraxit, vltimo albida facta eft.

Concuffa prius lagena, ut, quae in fundo fubfediffent, per aquam totam diuiderentur, in vafe florentino aquae huius libras medic asduas leni calore euaporo; clara toto tempore perftabat: ad medietatem euaporata puluerulentam, eamque admodum tenuem epidarmidem contraxit; ad ficcitatem euaporata zonas exhibuit valde tenues, has ochreacei coloris, quafi martis effent; illas puluerulentas albidas, nec fere fundus plus quam latera habuit, nifi



quod punctulis ochreacei coloris esset variegatus. Pondus omnium sex granorum fuit, terrae vix duorum, quae fordide flauicaret.

Elutriaui totum aqua destillata, filtraui, sed per filtrum etsi duplicatum turbida semper transiuit; cum tinctura curcumae non erubuit, degustata nullum praedominantem saporem habuit, nec salinum quidem, licet, in recessu linguam morderet; crystallisatione salem non obtinui.

Aqua fortis ochram firmiter satis vitro adhaerentem soluit, & cum lixiuo fixo phlogisticato dedit caeruleum berolinense. Terra ab euaporatione residua cum spiritu nitri genuino vehementer efferbuit, & cum lixiuio phlogisticato difficulter caeruleum berolinense exhibuit, vltimo tamen dedit manifeste.

In alio experimento moderato vt ante balnei arenae calore in organo florentino vitreo ad siccitatem euaporo huius aquae libras medicas duas; sub finem pellicuIam iridis coloribus variegatam contraxit, & omnibus ad siccitatem perfectam redactis pondus granorum sex fuit. Haec elutriata, filtrata cum tinctura curcumae non rubuere, vt alcalini nihil haberent: Crystallisationi data crystallisari diu noluere, vltimo tamen

con-

concretionem dedere valde terream vnctuosam, quae salina etiam videretur. Fuit haec iterum a terra purgata, & quantum potuit ab vnctuositate adhibendo triplicata filtra; colatura tamen rite exsiccata solum granum unum reliquit, quod siccatas & a corpore secedentes squammulas cutis referret vnctuosas, gustu non salinas. In alio experimento salinae erant, modeste cum spiritu nitri efferuescebant.

Aquae de nouo transmissae libras duas eodem pertracto modo: clara mansit, inter euaporandum puluerulentam, tenuissimamque cuticulam contraxit; in media vitri altitudine coloratior circulus fuit absque dubio salinus, reliquum vitri hemisphaerion puluere albo-gryseo tenuissimo per insulas ordinato occupabatur; pendebant omnia grana quinque.

Circulum salinum visum singulariter aqua destillata solutum elutrio: colatura haec prima tincturam curcumae non multum mutauit, lateritiam tamen nubem in ea excitauit, vt aliquid alcalici inesset, aut terrei; dedi crystallisationi; reliquit maculam glaucam vas obnubilantem cum minimis punctulis haud crystallinis aut visu salinis gra-

 ni

 

ni vnius, cryſtallorum mercurii ſolutionem aquoſam in niueum deiecit, quae cum aqua communi feruente ſordeſceret, nec nitroſam in turpethinum praecipitare potuit.

Reliquum eodem modo elutrio, & filtro, huius colatura non flaueſcebat, tincturam tamen curcumae eodem fere modo adfecit. Dedi cryſtalliſationi; maculam i 1 vitro cryſtallino glaucam reliquit circulo brunneſcente bituminoſo cinctam: ſoluta ſolutionem mercurii aquoſam in album deiecit, quae adfuſa aqua calente illico euanidam induebat flauedinem, & in gryſeum praecipitata conſpiciebatur. Colaturarum exſiccatarum ponderibus nolui immorari: vix potuiſſent bilance capi, nec operae pretium erat maioribus quantitalibus euaporationem adornare.

Vt ergo aqua haec pura ſatis martis, terrae, vitriolici ſalis, vnctuoſitatis mineralis minimis contemperata doſibus ſimplex haberi, haudvero inter medicatas & actuoſas numerari poſſit.

KARST Fons Carniol.

In interiori Carniolia in KARST & POYSCH plurimi ſalubres fontes reperiuntur.

KES-

KESSELWALD Soter. Carniol.

In Carniolia inferiore eſt ſylua, quem KESSELWALD vocant, in cuius medietate fons praeſtantiſſimus reperitur; hunc ſingulari cura colit Comes ab AVERSPERG.

KLINGENFELS Therm. Carniol.

In Carniolia inferiore ad KLINGENFELS ex petra profluunt valida ſcaturigine mediocriter calidae, vt fonte frigido remixtae videantur.

KROPPA Fons. Carniol.

In ſua origine viſcerum abdominalium obſtructiones reſerat, & purgat: aliqua ab incunabulis diſtantia vim amittit.

LOYBL Acidul. Carniol.

Sub monte LOYBL fons acidulus a ruſtico inuentus. Examinauit Ioannes Baptiſta PETERMANN Medicinae Doctor, & ſulphur vitriolum, aurum, ferrum ſe detexiſſe teſtatur: habet vim purgantem lenem, & hypochondriacis prodeſt malis.

 

NATOPLIZE Therm. Carniol.

In Carniolia superiore incolis ita dictae prope SAGVR sine aedificio & adparatu.

NOVOVZACKA Soter. Carniol.

Ad vicum NOVOVZACKA non procul a GALNECK oriuntur ex petra fervidae, in laxitate ab arthritide relicta egregiae. Ex eadem rupe aliquot spitamarum distantia fons frigidissimus prorumpit, de quo alibi.

POLSCHIZA Therm. Carniol.

In superiori Carniolia sunt prope CROP ad pagum POLSCHIZA: ex ruderibus licet concludere has thermas olim multum frequentatas fuisse; nunc solum vicini adcolae adeunt, & variis in morbis solamen in iis inveniunt.

ROSCHEZA Acidula Carniol.

Ad montem ROSCHECK fons acidulus in idarrhoea, dyssenteria & febri biliosis vsu egregius.

SDRA-

SDRAVESTVDENZ Fons. Carniol.

In fylua IAGNEDETZ prope SCHAERFENBERG fons incolis dictus SDRAVESTVDENZ **die Gesund-Brunn Quelle** magno adcolarum confluxu celebratur, qui pro aegris etiam has aquas domum portant.

SCHALKENDORFF Therm. Carniol.

In fuperiori Carniolia in territorio VELDENSI olim multum celebratae, fed dein auaritia & parcimonia adminiftratoris Domini collapfae hodiedum extra alienigenarum vfum funt, & fine omni aedificio.

Duplici fonte ad radicem collis fub vico SCHALKENDORFF fcaturiunt nudo fub Ioue. Crura fatis ampla octo fere a fe inuicem paffibus diffita in vnum alueum confluunt, in quo aegri fedent: alueus fe in vicinum lacum exonerat. Cumprimis antiqua, & fordida vlcera intra breue tempus hae Thermae curant, vti & alios morbos, & efflorefcentias cutaneas.

STER-

 

STERGAR Fons. Carniol.

In interiori Carniolia ad HILZENECK in fylua, est fons STERGAR dyffenteriae cruentae medens.

TOEPLICA Therm. Carniol.

Harum thermarum analyfim proxime fub miniftraturus eft Clariffimus & Celeberrimus Profeffor CRANTZ.

VTSCHKA Montis Fons. Carniol.

In monte VTSCHKA ad finum flanaticum eft fons piperinus.

WOERDL Therm. Carniol.

Sunt thermae inter WOERDL & WEISKIRCHEN.

ZELAND Acidul. Carniol.

AVCTORE ET EXPLORATORE CLARISSIMO ac CELEBERRIMO PROFESSORE CRANTZ.

In Carniolia fuperiore ZELAND eft infra montes, qui a Carinthia Carnioliam feparant; ipfa propullulat aqua ad viam regiam,

giam, quae ducit ad vicum COPEL Carinthiae: hanc mihi iam laudatus Expertissimus & Eximius Labacensis Practicus POLLINI transmisit.

Viennam transuecta aliquid sapidi, & grati, non valde tamen pungentis, nec vinosi, licet in hoc inclinet, habet aqua: ceterum spirituosa, & os, vt mihi tum adparebat, siccans.

Primo. Cum acido nitri, & liquore phlogisticato nulla martis indicia exhibuit.

Secundo. Cum liquore auripigmenti nubem perlatam in fundo contraxit, quae tamen statim ex herbaceo viridesceret, in medio grysea albidum circulum habuit, tum tota albebat, & post tres dies aurantia facta est. Aqua iam effoeta ab hoc non statim turbabatur, sed altera die in citrinum praecipitatum auripigmentum exhibuit, acidi in aqua latitantis indicio.

Tertio. Cum solutione mercurii concentrata illico tota turbida, & flaua facta est, circulo aliquo exteriore profundius: centro dilutius flauicante, vt manifeste videatur alcalina; post duas horas cutim metallicam duxit auream, & multum subsedit sedimen, quod vltimo aurantio-lateritium esset fere;

vt



vt praeter acorem elementum terreum insit absorbens.

Quarto. Ab oleo tartari per deliquium lactescebat nube perlata, pulueremque album dimisit.

Inter euaporandum libras duas medicas, concussa prius lagena, vt quae etiam in fundo subsedissent, per totam aquam distribuerentur, opaca facta est, cutem cremoraceam contraxit, & vbi ad vncias circiter duas euaporata esset, decantaui liquidum, quod tincturam curcumae sanguineo colore inficeret, alterique vasi ad euaporandum vlterius immisi.

In frigore sensim euaporata aqua concretionem satis mirabilem dedit: post crystosum enim marginem sal erat splendens irregularis figurae, qui in aere calido non fatisceret, in humido liquesceret; hunc sequebatur circulus digitum minimum latus salis ramosi dentati, qui in aere calido in album concederet, & vltimo in centro concaui vasis fasciculus conspiciebatur pennarum pulcerrimarum, qui caudae galli gallinacei exacte similis esset, idque iterum satis mirabile haberet, quod in puluerem albidum non fatisceret, fatiscebat dein tamen chartae inclusus. Diu

Google

Diu omnino pulcerrimam hanc crystallisationem, ut pondus intelligerem, a vase soluere nolui, solui tamen, pendebat cum crystallisationis aqua viginti duo grana; hic sal in aere humido humescebat, non tamen diffluebat, balsamicus gustu, & alcalinus: cum spiritu nitri multa spuma efferbuit, & crystallisationem dedit foliis taraxaci aemulam lateribus dentatam.

Residuum terrae calcareae albissimae viginti duorum fuit granorum; id, quoniam adhuc gustu aliquantulum salinum videbatur, iterum elutriatum, & filtratum fuit, & euaporatione denuo dedit salem non bene crystallisatum; hunc siccare ad ignem volui, totus defluxit, fere siccatus pendebat grana quinque: reliquum terra fuit.

Dum in alio tentamine earundem circumstantiarum, & quantitatum euaporatio fieret, gasantium aquarum signa dedit, sensim cutem calcaream contraxit, quam semper regeneraret. Euaporatione ad siccitatem perfectam deducta totum vitrum albida calcarea substantia incrustatum fuit, quae etiam hinc inde vegetabilis clauariae forma configurata esset, & pedunculo angustiori vitro innixa, capite crassiori constaret; erant

hae

 

hae claue lente vifae, cauae farciminiformes, infiftentes cruftae mediae craffiori difficilius foluendae admodum alcalicae: erant in fundo fquammulae cremoraceae. Pondus totale fuit granorum triginta duorum: pulueris gryfei granorum octo.

Colatura coloris vini Auftriaci, posteaquam tincturam curcumae in fanguineam mutaffet, data eft euaporationi, dedit cryftallifationem diuerfam, duas arbores folia lanceolata conferta habentes fanguinis draconis, & aliam in margine cryftallifationem lanceolatam planam, quae lixiuiofi faporis, diffluebat in aere calido, cum aqua cryftallifationis multa ponderabat grana quinquaginta quinque.

Leniffimo hypocaufti calore euaporo huius aquae libram vnam, diu clara ftetit, bullulas aereas in vitro multas excitauit, cuticulam calcis contraxit, vltimo leniter turbata eft, & fedimentum in fundum dimifit cremoraceum, tenue, non notabile, vtrumque parum incruftauit. Vbi ad aliquot vncias folum fupereffet, filtrata fuit, vini Auftriaci colorem habuit, & vbi tincturam curcumae in fanguinem mutauerat vlteriori euaporationi commendabatur.

Re-

Residuum in vitro & filtro bene siccatum pendebat grana septem, id aqua destillata elutriatum, filtratum tria reliquit terrae gryseae grana; colatura adhuc dedit minimos cubulos, quadrata, adamantes', quae omnia in aere calido satiscerent, licet vernice ochreaceo, bituminoso obducta essent; pendebant vero granum vnum, & cum spiritu salis vehementi & oleosa efferbuerunt spuma.

Colatura prima calore cubiculi ad perfectam siccitatem euaporata crystallisationem non exhibuit, sed incrustationem albi vernicis splendentem eminentibus hinc inde granulis papillaribus: pendebat grana duodecim. Aqua destillata soluta iterum crystallisationi, sed frigidae data est, nec hic crystallisationem aliam nisi foliaceam dedit cum aqua crystallisationis grana octodecim habentem.

Dum terra ab aliquibus euaporationibus residua iterum aqua destillata elutriaretur, & colatura ad euaporandum reponeretur, crystallisationem regularem dare noluit; haec cum salis spiritu vehementer efferbuit, & crystallisationem dedit non cuborum, sed quadratorum satis distinctorum, quae sibi

 mu-

mutuo ex longitudine incumbentia folia taraxaci referrent, aut aluminis figuram; dilui iterum pauca aqua, cubos nauiculares obtinui. Terra cum spiritu nitri genuino vehementer efferbuit, tota absumebatur, & cum lixiuio phlogisticato mox indicia contenti ferri, caeruleo berolinensi excitato, commonstrauit.

Sal in omni experimento alcalinus, balsamicus, amarus, in frigore concretus, in aere calido defluebat; cum tinctura curcumae in sanguinem mutabatur, cum acido omni vehementer efferbuit, cum acido salis dedit cubulos multos, cum acido vitrioli crystallos pyramidales, cum acido nitri nitrum cubicum, quod in igne illico detonaret. Adhaec cum solutione crystallorum mercurialium aquoso-nitrosa efferbuit, & mercurium sulphureo colore tinctum praecipitauit, mercurium sublimatum corrosiuum aurantie deiecit; delapsus vero in calcem, in aqua destillata solutus solutionem crystallorum mercurii aquosam in sordidum cinereum praecipitauit, etiam aqua communi calente adiecta non mutauit: etsi in sanguinem tincturam spirituosam curcumae conuerteret, sublimatum mercurium corrosiuum

in



in aurantium praecipitaret. Sed quae est huius mirabilitatis causa? Est in ipsa mercurii solutione; si enim sumis mercurii solutionem nitrosam, in flauum aurantium praecipitatur, & notari meretur, omnem salem alcalinum mineralem in solutionem mercurii nitrosam immissum illico lateritium, vel sordide aurantium fieri, etsi mercurius nondum praecipitetur; si sumis contra crystallorum mercurii solutionem aquosam, & infundis solutioni alcali mineralis, sordida fit, fusca, viridans, cinerea, & adiecta aqua feruida communi non mutatur; quae experimenta hic ex instituto tentaui, quod in multis aliis aquis me turbassent, vt patebit legenti, nec de his vestigium apud chemicos inuenirem.

Huic sal interfuit alter crustosus gryseoflauicans ex vnctuositate minerali, is non fatiscebat in aere, etiam diu in illo, loco calido detentus, solutionem crystallorum mercurii aquosam, vt prior adfecit, solutionem mercurii nitrosam acidam, cum qua efferbuit vehementer, in flauum sordidum conuertit, gustu maxime alcalicus lixiuiosus mercurium corrosiuum aurantia praecipitat.

Vt ergo hae acidulae spiritu constent elastico, parco martis elemento, terra absorbente, saleque alcalino minerali satis multo & hic, fere lixiuo deliquescente, non casto, sed in statu deliquescentiae, seu lixiuioso. Sed quae demum ea conditio est, quae minerale alcali in deliquium transmittit?



STY-



STYRIAE MEDICATAE.

Omnes quot quot sunt, examinatae sunt; de ROITSCHENSI iam dudum meruit Ioannes Benedictus GRÜNDEL, de aliis Hermannus de GLEISNER, qui nouas duas detexit non satis laudandas.



EINNOEDT Baln. Styriae.

AVCTORE ET EXPLORATORE

CLARISSIMO ac CELEBERRIMO PROFESSORE

CRANTZ.

Inter magnos montes ad viam regiam aequali fere FRISACO, & NEOFORO urbibus distantia hocce, quod a deserto, in quo est, nomen traxit, balneum habetur.

Huius aquae aestate frigidissimae hyeme non congelantur, sed fumant, nec tum tamen calidae sunt, nec odorem nec saporem praeeminentam habent: ita Expertissimus Med. Vindobonensis GORIAN, qui incrustatum aheni & lagenam aquarum duntaxat vnam mihi procuravit.

Viennam transuecta clara limpida hinc inde tamen floccosa in gustu singularis nihil habet.

Primo. Cum alcalinis seu fixis, seu aliis, & lixiuio phlogisticato lactescebat nube in fundo praecipitata fordide sed gryfee albida: copiosissima vero cum liquore auripigmenti; Nubes hae dein soluebantur vitris, quae incrustabant, adhaerentes, si illam cum oleo tartari per deliquium factam excipias, quae molle pulverulentum sedimentum exhibebat; sedimenta haec omnia acidis degluttita fuerunt.

Secundo. Cum spiritu salis ammoniaci cum calce viua parato multa & fordide albida in aquas superficie suspensa nubes est, quae sensim descenderet, etiam latera vitri incrustaret.

Tertio. A mercurii solutione in acido nitri facta nubem in medio suspendit crassam ex albo flauicantem, & dein praecipitatum dedit sulphurei coloris mercurium.

Quarto. Ab argenti solutione perlata facta est, tum iam in opalinum inclinabat, mox ex caeruleo rubicunda, violacea facta turbabatur, eodem, vt iam alias dixi, modo, & praecipitatum dimisit fuscum.

Quinto. A Gallarum decocto post duas so'um horas ex caeruleo atramentosum circulum in superficie contraxit, qui semper

augeretur, & descenderet: vltimo atramentosa facta est.

Sexto. Clauus ferreus immissus aquam post tres horas turbidam magis reddidit cum colore, qui in corruptum vinum Austriacum langueret, vltimo multum ochrae posuit.

Septimo. Cum acido nitri, & lixiuio phlogisticato difficilia primo dedit ferri indicia: post tres dies tamen pauculum caerulei berolinensis subministrauit.

Octauo. A syrupo violarum non nisi longiori tempore in dilute, & pulcre viridem fatiscebat.

Euaporationis sequentia fuere phoenomena. aqua clara perstabat, pelliculam satis crassam contrahebat, aquae calcis aemulam; haec in squammulas soluebatur, dimittebatur, lateribus vasis, & fundo adcrescebat. Euaporatione peracta albissimae hae squammulae conspiciebantur, & sal selenticus in fasces, vt in Badensi aqua, concretus, & alia ad latera pertinaciter haerens salina concretio.

Residuum ab euaporatione librarum duarum erat granorum viginti quatuor; id aqua destillata elutriatum reliquit squammu-

larum cremoracearum albiſſimarum, leuiſſimarumque grana quatuor cum ſemiſſe: efferueſcebant cum acido vitrioli, non tamen multum ſoluebantur; totae ſoluebantur efferueſcentes cum acido nitri genuino, vt & terra granorum duodecim.

Filtratum elutriatum cryſtalliſationi dedi; in cruſtam ſalinam irregularem conceſſit, cuius vna pars ſolidior, altera fluxilior eſſet, & de nocte ſemper humeſceret, pendebat grana octo; ſolui iterum aqua deſtillata: colatura cum tinctura curcumae non rubuit, ſed ex albo flauicabat, guſtu ſalſa videbatur. Dedi iterum euaporationi frigidae in vaſe plano; dedit cryſtallos planas ſalis fontium, vel mirabilis aemulas in cubiculo moderate calido illico deſluentes; vidi inter has maiorem vnam cryſtallum priſmaticam latus vnum ſexcoſtatum habentem, ponderabant nunc in vniuerſum grana quinque cum aqua cryſtalliſationis. Dum haec cryſtalliſatio iterum ſolueretur, & colaturae ſolutio aquoſa cryſtallorum mercurii iniiceretur, mercurius illico in filamenta quaſi coagulatus in fundo praecipitatus eſt albus, qui dum aqua feruens communis illi adfunderetur, in ipſa adfuſione il-

illico contraxit colorem pallide fulphureum, fed breui euanidum; puluis adiecta aqua admodum albide feu pallide flauicabat. Refiduum filtri huius cryftallifationis fecundae debiliter cum fpiritu vitrioli efferuefcebat, nec totum foluebatur: colatum cryftallifatum dedit falem felenitricum acicularem.

Lagenam vitream hac aqua ad medietatem plenam feruo per quatuor menfes; aqua fedimen albiffimum depofuit, & latera lagenae incruftauit, odorem ingratum concepit.

Primo. Inftillato nitri acido fedimen efferuefcendo confumtum fuit, adiecto lixiuio phlogifticato martis indicium non dedit.

Secundo. Cum cryftallorum mercurii folutione aquofa illico tota lactefcebat, poft aliquot minuta in medio circulum contraxit fulphureum turpethi mineralis colore reliqua aqua lactea; vltimo latera citrino mercurio incruftata erant.

Euaporo denuo huius aquae libram medicam vnam in balneo arenae moderato igne ad ficcitatem, fquammulae cremoraceae, vt antea, non vifae, nec fal felenitícus

 ftel-



stellatus, sed latera vitri glauce incrustata, & quasi bituminosa oleagine magis conglutinatum residuum; pendebant omnia grana decem, & noctu fere grani vnius pondus adsumpserant.

Colatura leniter colorata tincturam curcumae extenuauit, pallidam reddidit; crystallisata crustas exhibuit, & hinc inde lichenum formas, pendebat cum crystallisationis aqua grana nouem. Solutionem crystallorum mercurii aquosam in album pulverem coagulauit, qui adiecta aqua feruente communi colorem non mutauit. Cum spiritu nitri difficulter soluebatur, & iniectum aurum foliatum lente & difficulter soluebat, soluebat tamen.

Residuum fixum filtri cinereum granorum quatuor fuit, videbatur adhuc [illegible]ticum; vehementer cum acido nitri efferbuit, non tamen omne soluebatur, & adiecto lixiuio phlogisticato contenti indicia dedit ferri, non tamen verum berolinense caeruleum, sed viride nimis.

Sedimen salinum in lagena depositum facie squammularum cremoracearum lente augente corporum magnitudinem visum vere salinum non cremoraceum difficulter aqua

qua foluebatur, inftillata cryftallorum mercurii aquofo - nitrofa folutione, falinae fquammulae in altum ab aereis bullulis efferri, tanquam efferuefcere vifae, fic diu afcendere, relabi: mercurius vero non praecipitari; poft tempus, vbi hae compofitae erant turbae, in citrinum fquammulae colorabantur, & adiecta communi aqua feruente totum liquidum in flauo - viride-fulphureum mutatum; & hic primus eft felenites, quem vidi, cruftaceus.

Aheni, in quo aqua pro balneo excoquitur, incruftatum tophaceum copiofum eft, & albiffimum, digitos inftar cretae inficiens, & ut illa cum acidis efferuefcens, hac tamen ponderofius, & aeque infipidum.

Vt ergo huius balnei aqua, terra calcarea, pauculo martis elemento, fale felenitico, mirabili terreo & muriatico confletur.

DOPPL.

DOPPL Baln. Styriae.

AVCTORE ET EXPLORATORE
CLARISSIMO ac CELEBERRIMO PROFESSORE
CRANTZ.

Dimidio abest GRAECIO milliari aquae medicatae frigida minera, quae in balnea calefit: famigeratissima ceterum & GRAECENSIBVS mulieribus multum frequentata.

Aqua ab Expertissimo Medicinae Doctore ELOY mihi transmissa clara, limpida, inodora, in recessu siccans, & mordax fuit.

Primo. Cum saturni sacharo insoliti nihil, quod aliae non exhibuerint aquae, commonstrauit.

Secundo. Auripigmenti liquorem absorpsit, qui tamen reiterato adfusus nubem in fundo excitaret gryseam; aqua dein vt alias a summa superficie dimisso nubiformi circulo turbari caepit.

Tertio. Cum acido nitri & lixiuio phlogisticato primo non multum mutabatur, post septimanam tamen caeruleum berolinense deposuerat, quod hinc inde ex caeruleo in purpureum langueret,

Quar-

Quarto. Solutionem aquosam crystallorum mercurialium illico in album praecipitauit, quae aqua calente adiecta colorem non mutaret, dum vero aliquot guttae solutionis nitrosae instillarentur, turpethi mineralis colorem illico exhibuit.

Quinto. Cum lixiuio alcalico caerulee lactescebat, dein magis obnubilabatur, vltimo membranam languide albidam in fundo coadunauit.

Sexto. Cum borace mutationem passa non est, vt aluminosa non videatur, vt multi perhibent.

Euaporo moderato balnei arenae calore in vase florentino huius aquae libras duas, diu clara mansit; vltra medietatem euaporata tenuem epidermidem puluerulentam contraxit. Euaporatione ad finem perducta vitrum parum incrustatum fuit, & obductum puluere tenuissimo, qui ramen vitri transparentiam non tolleret; inter hunc puluerem erant hinc inde puncta quasi ochreacea, in media vitri altitudine crusta erat non adeo transparens salina. Pendebant in vniuersum octo grana, & noctu in aere humido duorum granorum incrementum sumpserunt.

Co-

Colatura leniter, & vinose colorata cum tinctura curcumae spirituosa motum formicationis iniit, & sordide, & albide flaua facta est; crystallisatione dedit in vase vitreo plano concretionem ramosam quadrangularem salis mirabilis prosapiae, quae pendebat cum crystallisationis aqua grana quatuor.

Euaporo denuo huius aquae libras quatuor, totale residui pondus fuit granorum quindecim. Fixi in filtro pulueris ex albo cerulini granorum sex, & vltra; salis cum aqua crystallisationis granorum septem.

Flocculi ochreacei, qui pulueri vitrum incrustanti insidebant, seorsim derasi manifesta dedere ferri indicia. Residuum vitro adhaerens, quod elutriari non potuit, cum spiritu nitri totum efferbuit, & consumtum est.

Puluis filtri siccatus, & qui auerri a filtro potuit, cum nitri acido vehementer efferbuit, & cum lixiuio phlogisticato euidentia dedit ferri contenti indicia.

Sal mirabilis prosapiae tincturam curcumae ex flauo viridescentem fecit; cum nitri spiritu non efferbuit, solutionem mercurii nitrosam statim non mutauit sensibiliter, sed adiecta aqua communi saturate in pul-

pulcrum turpethi mineralis colorem transmisit, gustu amarus fuit.

Ergo constat haec aqua terra calcarea pauca, exigua martis portione, & pauco mirabilis prosapiae terreo sale, qui Sedlitzensi conferri possit crystallorum tenuitate.

Laudatur ad menstrua nimia, abortum, & maxime sterilitatem, vt horum locorum referunt Medici. Sed multa balnea faecunda sunt!

KLAVSEN Acidula Styriae.

AVCTORE ET EXPLORATORE
EXPERTISSIMO MEDICO VINDOBONENSI
HERMANNO GLEISNER.

In pago GLAVSEN, quem alii KLAVSEN scribunt, penes GLEICHENBERG scaturit haec aqua amoene pellucida, saporis sal. si subadstringentis. Lagenae inclusa conquassata multum furit cum periculo disruptionis lagenae.

Primo. Ab oleo tartari per deliquium pelluciditatem non amittit, nec efferuescit.

Secundo. Nec mutatur a violarum syrupo.

Ter-



Tertio. Nec vllus fit motus ab instillato vitrioli acore.

Quarto. Neque etiam ab hac lac tentatur.

Quinto. Verum ab inspersо gallarum puluere mox purpurea exsurgit tinctura, & ex commixto decocto gallarum color nigricans.

Quare fons ille prosapiae vitriolaceae, & volatilis esse videtur.

EADEM ACIDVLA.

AVCTORE ET EXPHORATORE

CLARISSIMO ac CELEBERRIMO PROFESSORE CRANTZ.

Quam Expertissimus Vir de GLEISNER acidulam Domino ELOY Medicinae Doctor, vt mihi transmitteretur, miserat, Viennae in lagenis vitreis transuectam claram pellucidam inueni cum paucis in fundo flocculis; degustate singulariter & generose, & quasi vitriolice vinose fuit, grate acidule pungens, & in experimento spirituosa, multa omnino promittebat, etsi tempore nubilo collecta esset, serena enim die, & ante

te solis ortum hausta duplo generosior ab omnibus habetur. In experimentis sequentia commonstrauit.

Primo. Cum lixiuio fixo phlogisticato statim non mutabatur, nec vlla post integram diem obseruata est mutatio, adiecto vero nitri non martiali acido illico saphirinam nubem in media liquidi altitudine suspendit, quae breui dimissa caeruleum berolinense pulcerrimum exhiberet, vt quidem martem, non vero substantiale vitriolum continere intelligerem.

Secundo. Cum auripigmenti liquore statim ex brunno viridescebat, & in medio nubem ex gryseo-viridem suspendebat, quae ad solem visa, & temporis successu magis ex flauo-brunnescereet, flaua magis fieret, & flauo colore praecipitatum vltimo auri pigmentum commonstraret; manifesto mineralis acidi spiritus indicio.

Tertio. A nitri non martiali acido mox nihil passa, adiecto vero lixiuio phlogisticato bullulas edidit, & statim profunde viridis facta est, dein saphirina magis, vltimo pulcrum caeruleum berolinense dimisit.

Quarto. Lixiuium alcalinum nec statim, nec post viginti quatuor horas aquam mu-

tabit, vt vitriolum martis substantiale non contineat, nec salem aliquem terrea basi exsurgentem.

Quinto. A solutione crystallorum mercurii aquosa ex caeruleo brunnescentem nubem, quae dein in sordidum album transiret, contraxit, hocque colore incrustatum vitrum fuit; dum vero aqua communis feruida illi inficeretur, perlata lactescere coepit, & gryseus praecipitatus mercurius est, non turpethi mineralis colore.

Sexto. A solutione mercurii nitrosa nihil passa est, quod iam ex numero secundo clare conijci poterat.

Septimo. Leniter calefacta chartam caeruleam in rubram mutauit, quod ex eodem numero secundo & sexto praeuideram.

Euaporo moderato balnei arenae calore huius acidulae libras duas, e fundo bullulas in altum proiecit, & aquae spirituosae manifesta indicia dedit, clara ad finem fere permansit, citissime, quod spirituosa esset, euaporauit. Euaporatione ad siccitatem perducta vitrum parum incrustatum conspiciebatur albide-ochreaceo tenuique puluere, & quidem superne vix multum, inferne vero magis: salis, vt in aliis acidulis om-

omnibus nullus erat conſpicuus circulus. Pondus omnium fuit granorum duorum, pulueris filtri vix grani vnius.

Dum totum elutriarem aqua deſtillata calente, difficulter nonnulli circuli detergi potuere, & quod remanebat, ſegniter cum nitri acido efferbuit, & adiecto lixiuio phlogiſticato caeruleum berolinenſe non dedit.

Colatura ſpirituoſam curcumae tincturam dilute ſanguineo colore infecit, quae, temporis ſucceſſu expalleſceret, & in ſordide flauum concederet. Cryſtalliſatio indiſtincta, & quaſi vernice, aut gummi obducta conſpiciebatur. Nec euidens ſperari poterat, cum a duabus libris reſidui pondus granorum duorum eſſet, pulueris vix grani vnius; pendebat haec granum vnum. Soluta denuo aqua deſtillata vere cryſtalliſari noluit.

Puluis ſordide ochreaceus cum ſpiritu nitri efferbuit parum, & parum ſoluebatur, adiectoque lixiuio phlogiſticato indicia dedit contenti martis elementi.

Magma ſalinum non cryſtalliſabile aqua dilutum vini coloris, ſolutionem mercurii ſublimati corroſiui non tentauit, ſed ſoluit. Reſiduum magmatis cum ſpiritu ſalis vehe-



mentar & totum efferbuit, & consumtum est, & crystallisatione dedit minimos cubulos ochroleucos.

Ergo acidula KLAVSEN acidula vera est vitriolici odoris & saporis, constans abundanti minerali gasante acido spiritu, martis roborante elemento, pauca terra alcalina, & alcalino sale inquinante mirabilem. Hanc analysin proxime repetam, vbi maiorem acidularum copiam nactus fuero.

Generosa haec acidula & mirabilis Spadanis in multis casibus non inferior, Medicorum non solum, sed & Chemicorum attentione dignissima est; quid enim est causae, cur vitriolico acore, ex experimentis olfactus, gustus, & numero secundo, sexto, & septimo, diues, & diues martiali elemento, ex experimento primo, & tertio, tamen nec vitriolica sit, ex experimento primo, & quarto, nec effervescentiae motum ineat, nec mutetur, ab experimenti primi, quarti & quinti reagentibus. Dixi iam saepe in aquarum medicatarum examine naturae miscellam quaerendam esse, non tabulam affinitatum Chemicorum: haec enim illam, non illa hanc generauit. Estne in hac aqua vitriolum, vt ita loquar, vaporosum,

vo-

volatile, vt in thermis sulphureis vaporosum hepatis sulphur? Non longe abessem ab hac opinione, etsi haec prima aqua sit, quam ego examinaui, & ab aliis examinatas legi, quae id possideret, & haec adpellatio hucusque in nullo Chemicorum hoc sensu extiet.

Valet in morbis sensuum, & aliis languidis roborandi scopo, in scorbuto putrido & similibus corrigendi &c. Viennam transferri meretur, sed vasis bene obduratis.

NEVHAVSER Thermae Styriae.

AVCTORE ET EXPLORATORE

CLARISSIMO ac CELEBERRIMO PROFESSORE

C R A N T Z.

In Ducatus Styriae Cillensi Circulo, & quidem in superiori Circuli tractu Carinthiam versus tendente in valle quadam collibus & montibus non adeo elatis vndique septa scaturiunt temperate calidae hae thermae, nihil deponentes nec ochreacei, nec tophacei, nec olei pinguetudinosi, eodem prorsus, vt TIFFERENSES, modo; vt

 ob-



obſeruauit Cillenſis Circuli Phyſicus Ignatius de FREY Medicinae Doctor.

Aqua thermalis a Dominis Medicis GADOLLA & ELOY transmiſſa clara, limpida, inodora, inſipida fere, niſi quod mollitiem aliquam thermalium haberet, & in receſſu aliquid ſalini. In experimentis ſequentem in morem ſe geſſit.

Primo. Cum ſaturni ſacharo lacteſcebat, inſoliti nihil: nullum phlogiſticatarum aquarum indicium.

Secundo. Cum auripigmenti liquore nubem in fundo caeruleo - gryſeam excitauit, quae ſenſim fundum incruſtaret, immota perſtaret.

Tertio. Cum acido nitri non martiali & lixiuio phlogiſticato bullulas ad latera vitri ſuſpendit, poſt tres horas contenti martis euidentia indicia dedit, & citius quam TIFFERENSIS.

Quarto. Cum ſolutione mercurialium cryſtallorum aquoſa albo - brunneſcentes nubes duxit, in fundo albo-citrinas, quae adiecta aqua communi feruente diſſiparentur, & dein ſordidum gryſeum dimitterent mercurium.

Quin-

Quinto. Cum solutione mercurii nitrosa nubem in medio suspendit ex albo gryseam, quae descendens eodem colore fundum vitri incrustauit; dum vero aqua communis feruens huic mixturae superdaretur, liquidum in sordide flauum coloratum, & eodem colore praecipitatus mercurius fuit.

Sexto. Cum lixiuio alcalico statim non mutabatur, dein a summitate nubem dimittebat dilute admodum gryseo-caeruleam, sicque totum liquidum infecit.

Euaporo duas huius rbermalis aquae libras moderato balnei arenae calore, immutata lenem solum epidermidem vltimo contraxit, vitrum non multa altitudine incrustatum circulum babuit infra medietatem flauicantem, & inferius hemisphaerium puluere albo-gryseo obductum fuit. Pondus omnium erat granorum quinque, pulueris filtri sordide, & terree albidi granorum duorum, & plus: salis terrei grani vnius.

Concretio salina ramosa terrea fuit tenuissime instar phrygii operis concisa, vt talcum splendens, & alba, lente vitrea repraesentabat minimos cupressiformes articulos, quasi matre perlarum splendente factos. Haec concretio leniter cum spiritu nitri



spumabat, & crysta lisatione dedit nitrum cubicum, & alium salem; aqua destillata soluta nitrosam mercurii solutionem non multum mutauit primo, dein adiecta aqua communi feruente illam turpethi mineralis colore praecipitauit.

Eusporo iterum omnibus circumstantiis iisdem huius thermalis libras quatuor. Euaporatione ad perfectam siccitatem perducta pondus omnium fuit granorum octo, pulueris sicci filtri fere granorum quinque, salis cum aqua crystallisationis granorum trium. Sal hic erat fere crystallisatus vt sal mirabilis prosapiae, hinc inde clauatus, & minimis punctulis cubicis confectus, & siquidem esset bitumine obductus, non vehementer a spiritu salis adripiebatur, licet solueretur; crystallisatione cum eodem salis spiritu dedit salem pinguem echinatum seleniticae formae.

Puluis filtrorum fordide & terree gryseus efferbuit multum cum genuino nitri spiritu, vix totus soluebatur, & adiecto lixiuio phlogisticato praecipitabatur multus, & contenti ferri indicia clara quidem suppeditauit, etsi multis aliis infectus virorem

folum contraheret, caeruleum colorem non induceret.

Sal figurae falis mirabilis oblongo-quadrangulae, fere terra & bitumine femper infect is tincturam curcumae in fordide flauum mutauit, dein tamen rubro magis colore perfudit; gustu amarus fuit, in aere calido ob bitumen non fatifcebat, folutionem nitrofam mercurii ftatim in gryfeam rentauit, quae adiecta aqua feruente turpethi mineralis colorem adfumeret.

Ergo thermalis haec, vt illa TEFFER innocua fatis & fimplex conftat pauco fale mirabili, alcali minerali terreo inquinato, pauca terra, & parco martis elemento cum pinguedinis mineralis momento.

ROITSCH Acidul. Styriae.

AVCTORE ET EXPLORATORE

IOANNE BENEDICTO GRVNDEL 1687.

In Styria in Comitatu Cylli inter montes non procul a S. Crucis pago propullulant hae acidulae, vt a Roitfch pago, vnde

 no-



nomen traxere, dimidio, Marburgo, Peta-
uioque vrbibus quatuor diltent milliaribus.

In ipſo bullulant fonte, & diffractis bullulis odor ſulphureo-ferruginoſus ita nares ferit, ac ſi vitrioli oleum ferro ſuperfuſum foret. Ceterum gratae, ſpirituoſae, clarae cryſtallinae ſub cane frigent, nec media hieme congelantur, pluuia obſcurantur tempeſtate, & male in lagenis adſeruatae, aut in aere aperto relictae nigreſcunt fere, ſedimen flauo-rubrum naturaliter in decurſu dimittunt.

Cum ſyrupo violarum virideſcunt, virideſcunt etiam cum roſis rubris coctae, & calcitrappae floribus: cum gallis obſcurantur, & eo magis nigram tincturam contrahunt, quo diutius cum his coniunguntur.

Dum lento igne euaporarentur recentis aquae librae ſeptem, ſtatim cuticulam ſulphuream contraxerunt, hac ablata alia ſubcreuit cremoracea, denſior: dum interea aquae bullulas multas aereas dimitterent, acidum ſuum ſaporem perderent, & euaporatae in integrum reſidui cum cuticularum pondere darent grana ſedecim. Cuticula prima ſulphurea granum pendebat vnum, & carbonibus ardentibus iniecta flammam quidem

dem concepit, sed tota ob terram non arsit, commixta gallarum pulueri aquam nigro colore infecit. Cuticula cremoracea vix multum sapida fuit, carbonibus ardentibus iniecta nec fundebatur, nec accendebatur, nec crepitabat, sed albidior euadebat, tincturam tamen magis nigram dedit aquae cum gallis remixta.

Acidulae ipsae salem habent acidum, & alcalinum, & terram, tum ferrum, vitriolum, sulphur, nitrum, alumen, & sal commune. Vide eius Roitschocrene. Graecii 1687. in octauo.

ROITSCH Acidulae Analysis.

AVCTORE ET EXPLORATORE

FRANCISCO XAVERIO DIETL. 1771.

Cum hae aquae non semper ex ipso fonte, sed longe in exteras terras transuectae bibantur, interest multum scire, quibus proprietatibus transmissae gaudeant. Atque hic statim pro salute publica monendum est, omnes lagenas Viennam quidem trans-

transuectas adeo negligenter, adeo male obduratas esse, vt inde plurimum minera is spiritus, volatiliumque principiorum aliorum perdatur, sicque aegros non eas in salutem suam recipere acidulas, quas vel bene vellent, vel optarent, vel deberent. Quod quamquam illi minime curant, qui inde lucrum habent, curare tamen magistratus deberent. Atque ideo factum putem, vt quae alias adeo celebres per totam germaniam transuehebantur, hodie neque transuehantur, nec vocula quidem, tanquam non extitissent, nec existerent, recenseantur in aquarum medicatarum Germaniae ab Expertissimo ZUCKERT conscripto Tractatu aquarum Austriaci Imperii medicatarum admodum egeno.

Acidulae hae cum reagentibus sequentem in modum se gesserunt.

Primo. Degustatae ex optimis lagenis, & nuperrime adductis aquae clare limpidae pungentem valde, acidulum multi dicunt, saporem non sine leuiori ferrugineo sensu habent; vino commixtae conflictantur, & gratae sunt palato, quod valide scopent. Si vero austero vino diutius infusae sunt, viridescunt, atramentosumque saporem manifestius linguae imprimunt. Se-

Secundo. Cum acidis fossilibus efferuescunt, bulliuntque diu, & pertinaciter cum susurro, licet quae consumatur basis videri non possit, minus adhuc intelligi, vnde tantus aer, qui continuo flumine efferatur, euocetur.

Tertio. Mixturae numero secundo cum acido nitri genuino temperatae liquorem ex caeruleo berolinensi superdedi, efferbuit iterum multum, & diu, quasi acidum nudum esset, & ex praecedenti efferuescentia cum aqua non fuisset satiatum, sed insoecundum spectaculum exhibuisset. Mixtura ab hac admixtione primo subfusce, dein dilucidius viridescebat, nec statim caeruleum berolinense exhibere voluit, quod tamen residuum lagenae vberrime subministrauit.

Quarto. Cum lixiuio tartari copiosa in fundo lacteo-caerulescens nubes.

Quinto. A solutione argenti efferbuit, & ebulliit diu aqua; dum simul caeruleolacteum colorem adsumeret, & dein praecipitaret argentum ex caeruleo aut violaceo fuscum.

Sexto. A solutione mercurii nitrosa, diuersa phaenomena, prout doses variarent: & *primo* quidem, dum vna infunderetur gut-

gutta, mox sulphurea in fundo nubes orta est densa satis, & expansa, quae ex suo sinu aereas in altum glandes eiacularetur, caudam sulphuream, prout ascendebant, trahentes; mixtura ipsa interea continuo ebulliit, vltimo clara facta est, & conspiciebatur in fundo praecipitatum lateritio colore argentum, aut etiam hoc colore aliquantulum pallidius ochreaceae quasi tincturae. *Secundo* dum maiorem quantitatem solutionis mercurialis infudissem, turbari aquae, crassiores fieri, & ebullire constanter caepere, tum in duas partes bipartiri, quarum infima sulphurei esset coloris, superior dilutae ochrae. Infima ebulliendo sensim consumebatur, & dein claruit praecipitato in fundo mercurio pallidius lateritio, quam in priori. *Tertio* in casu nouum phaenomenon obuenit; dum enim aquis solutionem mercurialem infunderem, vocor, & maiorem solutionis quantitatem inicio: efferuescunt, crassescunt, & illico sulphureo colore totum perfunditur liquidum, & aereas bullulas per turbidam etiam mixturam eicit, praecipitatumque post longum tempus vidi sulphureo colore mercurium; quae ideo adtuli: vt discamus, non semper caurum ex colore prae-

praecipitatorum iudicium formari posse, & in eiusdem aquae tentaminibus hos colores variare.

Septimo. Crusta cremoraceo-selenitica lagenarum ostium obdurans naturaliter, nivea, charraceae tenuitatis & candoris exsiccata saporis vix salsi erat, nec amari; efferuescit vehementer cum acido nitri & salis, bullulis aereis limpidissimis consumitur.

De natura aquarum martiali-alcalinarum certus euaporaui in vase vitreo florentino acidularum harum libras medicas duas; e: aporationis haec phaenomena fuere: bullulas eliciebat aereas acidula, ochram dimittebat, pelliculam seleniticam contrahebat satis conspicuam, albam, densam, lapideam fere, quae per fragmenta deciderer, & euaporata aqua sub niueis squamulis adparens, fundo vasis adhaereret.

Euaporatione lento igne ad finem vsque seu siccitatem deducta, residui a duabus libris fixorum pondus fuit septuaginta sex granorum: cremoris in hoc selenitici, terrae, ochrae bene siccatorum grana quadraginta. Sal inde elutriatione, filtratione, crystallisatione obtentus parum crustaceus cum aqua suae crystallisationis, ita tamen, vt ne gut-



ra vna fupereffet fuperflua, drachmam vnam viginti feptem grana pendebat: pulcerrimarum in his cryftallorum viginti fex fuere grana.

Neque ideo tamen conftans huius portionis cremoris, felenitici, terrae, ochrae, pondus eft; cum aliter, & aliter mihi iisdem vel maioribus aquarum quantitatibus analyfes repetenti obuenerit, & obuenire aliter ex fequentibus debuerit rationibus:

Primo. Quidem, dum librae duae ex fuperiori lagenae parte fumuntur fixorum fubfidentium in fundo lagenarum etiam aliquid eft, quod ad has fpectet, & nunc in data menfura defit; nec facile concuti vas poteft, ne rumpatur. Si contra refiduae duae fundi librae fumantur, pondus erunt fubminiftraturae maius.

Secundo. Vidi & pro gradu ignis variare, dum aperto igne duas libras coquerem, & vidi itidem tum non adeo fquamulas feleniticas nafci, fed bene in fundo praecipitatam candidam, attenuatiffimamque farinam, & eam in fundo vafis dum liquidum ebulliret, murmurantem cum explofione conftanter audiui.

Ter-

Tertio. In ea euaporationis methodo, in qua non ad ficcitatem omnia deducuntur, vix rectum fixorum terreorum cremoris selenitici ochrae pondus obtinetur, quamuis fatis ficca haec adpareant, & frequenter nova terra deponatur, quae vel in calculo negligatur, vel iudicio augeatur.

Quarto. Etiam in priori mea methodo ratione ponderis salium maximam difficultatem, & constantem varietatem obseruari debere, sic enim & ipsi sales medii destruuntur; infirmius haerente & adnexo pulso in auras acido; & ipsi omnes sales crystallisationis suae aquam non habent, quae in diuersis diuersa diuersissima certe ponderia sit; vt non sine fundamento mirandum sit nonnullos celeberrimos Viros octauam grani partem ex aquis medicatis eruere, & adeo anxie quaesitam & non inueniendam tam volatilium, quam fixorum proportionem expiscari velle. Mehercle! hi creatores esse volunt aut Minutuli.

Quinto. Denique omnis aliquid furatur euaporatio, quod in aqua recenti a natura in suis elementis recte contemperata adsit, desit in euaporata.

 

Et nunc etiam in omnibus aquae ROITSCH cryſtalliſationibus mirabilitatem maximam mihi natura exhibuit, quam antequam perſpicerem, halucinatum me in experimento ſemper putabam; dum enim ex libris duabus euaporatis ad ſiccitatem in vaſe florentino totale reſiduum eſſet granorum quinquaginta octo, cremoris ſelenitici, terrae ochrae grana triginta ſex, poteram ſperare ſalis grana viginti tria, & obtinui cum aqua cryſtalliſationis triginta ſeptem cum ſemiſſe: & in alio ſimili experimento, vbi poteram ſperare ſalis deductis aliis grana triginta, obtinui cum aqua cryſtalliſationis drachmam vnam cum duobus granis: & in primo paulo ſupra recenſito, vbi totale reſiduorum fixorum erat granorum ſeptuaginta ſex, in his cremoris ſelenitici, terrae calcareae ochrae grana quadraginta, poterant ſperari triginta ſex ſalis, obtinui tamen octuaginta ſeptem; vt pateat hunc ſalem multam in ſui cryſtalliſationem aquam depoſcere.

Ex coctis validiori igne libris ſex haec fere obtinui; terrae calcareae albiſſimae, ſelenitis, ochrae drachmam vnam cum quinquaginta granis in primo filtro: noua inſti-

tu-

tuta euaporatione in filtro fecundo cum fcintillulis falis feleniticì grana triginta quinque, terrae, felenitis circa falem adcreti grana octodecim, falis vara cryftallifati grana viginti tria.

ROITSCH acidularum prius in lagena, vt omnia aequabilius commifceantur, concuffarum libras duas leni hypocaufti calore euaporo: breui dimiffa eft ochra pulcerrima, tum alia, vt alias obuenere. Sed cruftae feleniticae fala adhuc ftellato felenitico vndique hirtae erant, quod in aliis euaporationibus non adeo facile vifitur. Liquidum ad vncias tres redactum, feu prima colatura aquea fuit, tincturam curcumae primo flauo, dein lateritio colore infecit: dedi cryftallifationi; fixa in vitro eodem calore exficco; continebant perfecte ficca ochrae vltra granum vnum, felenitis & terrae calcareae grana quadraginta tria. Haec fixa aqua destillata elutrio: refiduum rite ficcatorum eft pondaris granorum triginta quinqua; fcilicet ochrae tertae calcareae felenitis contriti grana viginti, felenitis in fquammulis cum fala ftellato grana quindecim. Colatura fecunda fordide flauo colore tin-

 

cturam curcumae infecit: dedi pariter cryſtalliſationi.

Colatura prima terram adhuc in fundum dimiſit exalbidam, vnde phaenomeni cum tinctura curcumae ratio. Cryſtalliſari i..u noluit, irregularem ſalinam incruſtationem, quae etiam ora vaſis transſcenderet, fecit, quae in puluerem albidum ſatiſceret, antequam ſuperſtes in centro concaui vaſis aqua, cryſtallos dimitteret. Cryſtallis mammilaribus in centro poſitis, & vtcunque ſiccis: totum pendebat grana quadraginta octo. Cryſtalli mammillares cum aqua forti efferueſcebant, aurum non ſoluerunt, nec praecipitarunt ſolutum, non enim in poſterius phaenomenon ſufficiebant. Iterum ſolutae colatae dederunt colaturam profundę flauam, vinoſam, cuius aliqua para cum tinctura curcumae rubra, altera viridis facta eſt, vt duplicem ineſſe ſalem intelligerem, dein nouae cryſtalliſationi frigidae commiſſa dedit omnium primo cryſtallos craſtas pellucidiſſimas, irregularibus angulis conſtantes, etiam quadratas varias ſuperne gemmarum in modum ſectas: his exemtis craſſiores illas & longe latiores, de quibus paulo infra dicetur, ſpeculis vel planis vel con-

ca-

cauis; tum demum & minimas planas & ramosas in modum ignis exiguis tubulis dispersi, radiatas, *raquetteln* germani vocant: has omnes crystallos cingebat crusta circularis maxima ochreacei coloris; pondus omnium cum aqua tamen crystallisationis erat sexaginta quatuor granorum, dum antea solum quadraginta octo, & adhuc in experimenta aliquid absumtum fuit. Crystallorum primarum maxime glacialium lixiuiosus quidem, sed refrigerans amarus, salis quasi medii sapor fuit, pondus granorum decem: maiorum quidem sed minus pellucidarum granorum viginti duorum; custa lixiuiosa magis & balsamica, in radios imbricata & articulata reliquum habebat.

Colatura euaporata secunda in frigore ad siccitatem, cutem vitro obduxerat ex glauco-caerulescentem, quae in aere calido illico in albam mutaretur, crystallisatione in aere fatiscente albissima ramosa terreo-salina granorum trium, quae vehementer efferbuit cum spiritu nitri, & ab illo tota deglutita est.

Sal in diuersis experimentis obtentus verius crystallisatus forma varius fuit: modo enim ad mirabilem salem accedebat magis,

 mo-

 

modo ab hoc vel maxime diuersus etiam plurima aqua praesente in fundum euaporatori vasis dimittebatur quadratus planus linearn geometricam, duas crassus, tres, quatuorue latus: tum ad circulum crystallisationis maximum aeque quidem crassus, sed dentatus & aliter factus. Fuit etiam in aliis crystallisationibus alius ita comparatus cubiformis magis, alius magis rhomboidalis quatuor potissimum, etiam quinque angulis sectus, in summitate vel planus vel concauus naulcularis: vterque quasi lamellis, seu stratis sibi superpositis sursum semper decrescentibus constabat, & opacae albedinis erat.

Omnis sal ita in frigore concretus ad cubiculum calidum delatus quasi diffluebat, dein vero in hoc perstans in album puluerem satiscebat; degustatus magis lixiuiosus, quam sal minerale ex sale communi crystallisatum, minus tamen quam sal sodae fuerit in filamenta adactum: vterque vero magis cum lixiui sapore balsamicus & butyraceus. Cum acidis fossilibus humidior vehementius efferuescebat, & magna cum spuma, siccior, ita tamen, vt non satisceret, remissius: nec tunc statim omnem soluere voluere acida,

quasi, vt in humano calculo nucleus adfuisset, circa quem reliquum circumcresceret; aut demum, vt exactius loquar, quasi is esset alio sale vere medio conflatus Boracis, & aliorum exemplo. An sal minerale alcalinum vere hac forma crystallisatum, illo alcalino minerali quod in crystallos adigi non potest mire magis & acido fossili, vt crystallisari possit, adflatum? Ita tunc cogitaui.

Interea salem hunc proieceram consumendum genuino nitri spiritui; magna cum efferuescentia & spuma consumtus est, & in repetitis frequenter experimentis nitrum cubicum bis dedit, quinquies non exhibuit. Cum spiritu salis ex colore martiali, & consistentiori nec in calore, nec in frigore obtinere potui cubum verum, sed semper granulosum sal, vel crystallos priores vel forma differentes, & omnes salis mirabilis prosapiae, quamquam quadratae magis essent: aliquae quadrangulae, quae in aere calido fatiscerent. In aquam regis aurum solutum tenentem tanta quantitate cum constanti efferuescentia & spuma, & sufurro hic sal susceptus fuerat, vt volumen soluentis menstrui longe superaret, nec tamen praecipitaretur aurum fulminans: effudi mixturam

 in



in vitrum horologii planum, dedi calori fornacis hypocausti, enatae sunt crystalli mirae non tartari vitriolati, sed ad hanc figuram tamen magis accedentes etiamnum aureae. Solutionem auri nimis concentratam ratus dilui aqua destillata, solui etiam in eadem hunc salem, tumque animaduerti minime tanta aut celeritate aut copia ab hac soberi; decem enim salis bene crystallisati grana, frigidae aquae destillatae granis centum quadraginta indigebant, vt soluerentur, & soluerentur sub constanti agitatione quadrantis horae interuallo. Satis ita soluti guttis duabus adfudi vnam tincturae curcumae, statim sanguinea facta mixtura est, & instar casei coagulata, vt quidem tum intelligerem, alcali praedominare, salem tamen medium illis vxorie adhaerere. Miscebantur sine reactione dilutae solutiones huius salis & auri, & nullum visum etiam altera die praecipitatum; idem fuit cum oleo tartari phaenomenon. Pulueris albidi huius salis in aere calido decompositi portionem in aqua destillata solui, non auide soluebatur; huic solutioni mercurium sublimatum corrosiuum superdedi: primo incepit turbari, lactescere, turbata altera die mansit, praecipitatum vere aurantium non dedit. Fluit

Fluit in crucibulo vt vitriolum, adiecto puluere carbonum fulphur non obferuaui nafci, nec adiecto acido praecipitari, licet mihi tunc viderer aliquem hepatis fulphuris odorem percipere. Partem vnam acido nitri folui, & praecipitare ftudebam, alteram falis acido, tertiam acido vitrioli; fed neque fic vel nitrum cubicum, vel falem muriaticum, vel mirabilem per totam maffam cryftallifatam vidi, fed & in omnibus granulofum falem, & in illo, qui acido vitriolico erat foetus, fafciculatum, & parua in lateribus quantitate epfomenfe fere. Repetii hoc experimentum cum delapfo, in pulueremRoitfchiano in aere, fale, & puluere carbonum : oui incubati odorem videbar mihi percipere; praecipitaui aceto deftillato : idem confirmatus fuit; ficcatum praecipitatum carboni ardenti impofui, nullum percepi fulphuris indicium.

Tandem genuinum fpiritum falis nactus experimenta repeti; igitur cum laterali circuli maximi alba magis & falina crufta, & fpiritu falis genuino pulcerrimos obtinui cubos, nec falem alium nifi in fundo ramofo linearem, qui videretur mirabilis profapiae. Cum ea huius falis concretione, quae qua-

si ex angustiori principio sensim imbricata magis latesceret in morem ignitorum in aere missilium rubulorum pulcerrimos & numerosissimos cubos, licet etiam adhuc terra, & ochra infecti essent in lateribus. Cum primo sale crystallorum polygonarum mediarum granorum decem ex euaporatione hypocausti, non efferuescebat, euaporatione dedit cubulos minimos muriaticos; cum crystallis latis magnis concauis lixiuiosis granorum viginti duorum ex euaporatione hypocausti, primo vehementer, dein lentius efferbuit minimis bullulis, sic sensim & lente consumebatur, vt vltimo quadrararum nauicularum sceleta superesse viderentur, ex quo quasi hic sal configuraretur; dum ita lente soluebatur hic sal a spiritu salis, sedimentum granulosum fere deposuit, tum euaporatus conuersus fuit in cubos salis muriatici pulcros. Sal in modum missilis ex ignitis tubulis ignis efformatus radiatus vehementissime, & totus, & magna cum spuma cum acidis fossilibus efferbuit, & sales medios constituit, non semper eos, quos debuisset.

Omnibus ergo compulsis constant hae acidulae fugaci elasticoque spiritu, spiritu mi-

minerali acido, ex GRUNDELIANIS in fonte, valido martis elemento, sala selenitico, & mirabilis prosapiae, & alcali minerali terreo salem mirabilem excedente & inquinante semper, terraque calcarea. Sed cur hic acidum vitriolicum terram calcaream citius adgreditur, quam alcali minerale terraum? Est enim id contra tabulam affinitatum: nonne elementa aquarum aliter creator combinauit, quam Chemia vulgaris concepit; & fingenda non sunt, sed eruenda, quae fecit.

SULTZLEITTEN Alcalicae Styriae.

AUCTORE ET EXPLORATORE
EXPERTISSIMO MEDICINAE DOCTORE VINDOBON.
HERMANNO GLEISNER.

Pagus SULTZLEITTEN situatur in Dominio GLEICHENBERG inferioris Styriae, Aqua huius pagi medicata pellucida est, lixiuiosi quasi saporis spirituosa: dum enim agitatur, cum sibilo & bullulis per orificium lagenae effertur.

Primo, Ex adfuso tartari oleo turbida fit.

 

Secundo, Syrupus violarum adfusus ab ea mox herbaceo colore tingitur.

Tertio. Ex instillato aut oleo, aut spiritu vitrioli effervescentia oritur.

Quarto. Mercurii in acido nitri solutio in citrinum praecipitatur.

Quinto. A Gallis non mutatur

Hospitatur ergo in hac aqua copiosus sal alcalinus nativus.

Valet in adfectionibus scorbuticis arthriticis, obstructionibus glandulosis, & aliis omnibus morbis, in quibus spissior peccat lympha; in his enim pulcerrimo adhibetur effectu.

EADEM AQVA.

AVCTORE ET EXPLORATORE

CLARISSIMO ac CELEBERRIMO PROFESSORE CRANTZ.

Viennam ab Expertissimo Medicinae Doctorae Eloy transmissa aqua crystallina, gustu pungens, vinosa, aliquid mollis lixiniosi, in recessu mordicantis habuit, & in experimentis sequentia exhibuit.

Pri-

Primo. Cum nitri non martiali spiritu bulhlas multas generauit, & quasi efferbuit, adiecto lixiuio phlogisticato idem fecit, & hoc spectaculum per horas continuauit, & indicia post septimanam dedit pauci contenti ferri; caeruleum enim berolinense posuerat, cuius aliqua pars in violaceum languerer.

Secundo. Cum auripigmenti liquore nubes excitauit in album languentes, quae in fundum dimissae vitri lateribus adhaesere, & ab imo sursum diffusae albogryseae erant.

Tertio. Solutio crystallorum mercurii aquosa striis ex caeruleo albentibus flocculentis fundum vitri impleuit, & praecipitatus est in album mercurius, qui ab aqua calente non mutaretur; dum vero mixturae instillarentur aliquot guttulae solutionis mercurii nitrosae, praeterquam, quod consisteret leniter, & bullulas eiiceret, mox in flauo - brunnum mercurium praecipitauit: priori praecipitato albo in fundo vitri haerente.

Quarto. Solutionem curcumae spirituosam in colore non extenuauit, quin auxit in superno aquae circulo, & altera die eam de-



decompofuit, & praecipitauit flocculos pulcre aurantios.

Quinto. Cum vino lenem, & vix perceptibilem conflictum init, linguam mordet, os vero non exacte fcopat, quin mollitie aliqua obducit, taman fic grata eft.

Euaporo moderato balnei arenae calore in vafe florentino huius aquae libras duas; ftatim ab initio bullulas e fundo furfum propulfas exiguas ducebat, poft duas horas cuticulam cremoraceam contrahebat, vt calcareum genium proderet. Euaporatione ad finem perducta vas fere tota altitudine niuea fubftantia incruftatum fuerat, quae in circulo falino addenfata etiam exftantes clauas inftar vegetabilis clauariae haberet. Pondus omnium fuit quinquaginta octo granorum: pulueris in filtro refidui albi granorum nouem, ergo fparari poterant falis grana triginta vnum, & habui falis diuerfis concreti figuris cum aqua cryftallifationis grana feptuaginta quatuor.

Colatura cum folutione fpirituofa curcumae in fanguinem conuerfa difficulter admodum cryftallifari fefe paffa eft, & cryftallos dedit tartari vitriolati, & adamantum

ag-

adgregatorum speculis pulcerrime splendentibus, aemulus.

Notari meretur pro crystallisationum legibus, quod iam alias in aliis alcalicis maxime aquis obseruauerem difficilius has aquas crystallisari, & crystallis minus nitidis, si menstruum suo soluenti nimis grauidum fuerit, facilius longe, si dilutum, tumque crystallos in fundum aquae facillime praeside frigore dimittere, vt id in sequenti experimento futurum praeuidi.

In alio experimento earundem circumstantiarum omnium euaporo huius lixiuiosae aquae libras quatuor; euaporatione ad finem perducta pondus residui ficci fuit centum nouemdecim granorum: pulueris gryseo-albi ficci filtri granorum viginti & vnius; salis cum aqua crystallisationis centum triginta sex; dum vero supra fornacem siccaretur magis, madnit, & confluxit, plurima parte dealbabatur, pendebatque solum octuaginta octo grana.

Vasi euaporatorio, quod aqua destillata feruente euerri non potuit, adhaerens incrustatum vehementer cum spiritu genuino nitri efferbuit, & cum eo crystallisatum dedit nitrum cubicum, & quadrata caua naui-



cularia, vt sal commune dare aliquando solet.

Puluis cretaceus, & instar cretae digitos inficiens cum nitri spiritu cum sibilo vehementer efferbuit, filtratus crystallisatione dedit lineas ramosas concatenatas phrygium opus exprimentes, quales iam in aliis aquis alcalicis vidi acido minerali adfatis: & in alio experimento nitrum cubicum; item acido nitri solutus adiecto lixiuio phlogisticato praecipitabatur, & difficilia omnino, & vix bene certa contenti ferri indicia dedit, parum enim admodum virescebat, ob terrae absorbentis copiam.

Sal in fundo vasis crystallisabatur in frigore trabium quadrangulorum oblongorum abfectis, & sibi mutuo implexis truncis, quorum extremitates in faceculas concisae in punctum aut lineam aut specula plana finirentur, vel cuneorum, vel gemmarum, adamantumue, aut tartari vitriolati in morem: erant adhuc aliarum figurarum plurimarum crystalli aliae. Sal hic primis & maioribus trabibus concretus gustu lixiuiosus, vt sal tartari, non tamen adeo vrens, sed balsamicus magis, & aliquantulum amarescens a spirituosa curcumae tinctura in pul-

crum

crum rubrum & sanguineum colorem conuersus est; mercurii nitrosam solutionem in sordidum rubrofluum praecipitauit, & mercurium sublimatum corrosiuum in profunde flauo-aurantium, ita tamen, vt praecipitati duplex stratum conspiceretur: imum flauum magis, superum magis lateritium, aut tabacae hispanicae rubrae colore. Adhaec satiscebat in aere, & cum spiritu salis, salis communis cubos, cum nitri vero spiritu nitrum cubicum confecit, vt omni dote alcalinus mineralis esset, licet forte acidi alicuius adflatu in diuersas adeo crystallos concresceret, quod suspicor, non adfirmo.

Sal in superficie liquidi per quadrata, pentagona &c. natus splendentibus admodum speculis adamantum factus, tartari vitriolati & salis communis hinc inde forma, mercurium sublimatum non tentauit in aurantium, sed aqua tota grysea turbida facta est, & priori adiecto sale aurantia; solutionem mercurii nitrosam fere in turpethinum colorem coegit, sed hic erat alcali nimium permixtus; a spiritu nitri non totus effervescendo soluebatur, sed immutatus in fundo perstabat plurimus, aurum illico & abunde soluebat, purus a tinctura curcumae,

 a qua

a qua facile soluebatur, vix rubebat, in igne crepitabat.

Ergo SVLTZLEITTEN Styriae aquae lixiuo-salsae constant spiritu elastico vinoso pungente, multa terra absorbente, maxima salis mineralis alcalini, muriatico pauciori inquinati quantitate, exigua admodum martis vi.

Et haec quidem prima ex salis alcalico minerales & terrae calcareae maximis portionibus, minori communis salis composita aqua lixiuo-salsa spirituosa est, rara admodum, & paucia in terris adinuenienda, quam examinaui, & Expertissimo Viro Vindobonensis Collegii Medico dignissimo de GLEISNER, qui eam primus detexit, & exploraiuit, in acceptis referendam habet ars clinica; quae efficacissimum hunc laticem, vt alias demonstraturus sum vere selteranum lagenis subere, pice, & vesica suilla, aut quod melius est, molli & elaborato corio bene obduratis conclusum, nam etiam vappescere obseruaui, in eos a laudato de GLEISNER praescriptos vsus, & omnes ab acido exortos morbos in Austriam, & alias regiones magno cum aegrotantium solatio transferri posse censeo.

Tis-

  

TIFFER Thermae Styriae.

AVCTORE ET EXPLORATORE

CLARISSIMO ac CELEBERRIMO PROFESSORE

CRANTZ.

Qua Styria Carnioliam lata contingit ora, TIFFER pagus in media fere latitudine situatur, paulo infra CILLEY, quatuordecim circiter GRAECIO milliaribus, LABACO septem.

Aqua propullulat ad pedem montis non adeo sublimis in loco aliquo altiori, non frigida, sed temperate calida: calore balneantibus adprime tollerabili. Ceterum nihil dimittit, nec foetet.

Thermalis haec minera mihi Viennam ab Expertissimo Medicinae Doctore ELOY transmissa crystallina, inodora non multum sapida, mollitie tamen aquarum phlogisticarum non destituta fuit, & in experimentis se sequentem in morem gessit.

Primo. Cum Saturni sacharo lactescebat tantum, nec phlogisticarum aquarum indolem regenerauit.

Secundo. Cum liquore auripigmenti nubem in fundo albide caerulescentem concepit, quae dein in gryseum mutata lactescceret.



Tertio. Cum acido nitri non martiali, & lixiuio phlogifticato post septimanam caeruleum berolinense pulcerrimum effecit.

Quarto. Cum solutione mercurialium crystallorum aquosa albo-brunnescentes nubea duxit, in fundo aliquis sulphurei coloris viror adparuit, qui adiecta aqua communi calente euanuit. Dum idem experimentum cum nitrosa mercurii solutione tentaretur, nubes in medio gryfea orta est.

Quinto. Cum lixiuio alcalino spirituum in morem coiuit, nec post sex horas turbata est, eiecto pro maxima parte liquido, fusus fuit fundo spiritus nitri, efferbuit: dein eddito lixiuio phlogifticato pallide viridefcebat, caeruleum berolinense post septimanam pulcerrimum & vberrimum exhibuit.

Euaporo moderato balnei arenae calore in vase florentino huius aquae thermalis libras duas, diu clara mansit; vltra medietatem euaporata lenem epidermidem pulverulentam contraxit. Euaporatione ad siccitatem perfectam deducta, vitrum tenuibus incrustatum fuit infulis, post circulum enim falinum in media vitri altitudine haerentem illae aderant gryfeae tenui admodum epider-mi-

mide conſtantes: ochreacei in his nihil videbatur. Pondus omnium erat granorum ſex, fixi filtri granorum trium.

Colatura pallide vinoſa cum tinctura curcumae ſpirituoſa colorata aliquantum magis eſt, motum formicationis iniit, & flocculos rufos magis ſegregauit; cryſtalliſatione dedit in vaſe plano vitreo cruſtam ſalinam, cui hinc inde inſidebant cryſtalli rotundatopolygonae, nonnullae magis oblongae, quadrangulae, ambae mirabilis ſalis proſapiae: pendebant cum aqua cryſtalliſationis grana duo.

In alio experimento librarum quatuor pondus omnium ſex granorum fuit, pulueris gryſeo-albi granorum fere trium, & loco ſalinae cryſtalliſationis vnctuoſum vernicem ochroleucum obtinui, qui perfecte ſiccatus pendebat grana fere tria.

Aqua deſtillata iterum ſolui, dilui, tumque tincturam curcumae fere in aurantium colorauit, ſolutionem mercurii nitroſam in gryſeam nubem ſuſpendit, quae adiecta aqua communi feruente pallide admodum & ex albo flaueſcere coepit, ob vernicem?

Euaporo denuo huius aquae libras quatuor eodem calore iisdem vaſis. Totale re-

 ſi-

ſidui pondus fuit granorum ſeptem, pulueris in filtro granorum fere quatuor, ſalis granorum trium. Macula glauca ablutum vitrum obductum fuit, quae a ſpiritu nitri conſumebatur.

Sal gummi ſplendente albo fere obductus ſemper, cryſtalliſationem veram vix ſuſcipiebat, cum tinctura curcumae in pallidum & ſordidum aurantium concedebat, tanquam alcalicus eſſet, ſed id a gummi potius fuiſſe videtur; a nitroſa mercurii ſolutione nubes praecipitabatur gryſeo-flauicans, quae adiecta aqua communi feruente in pulcrum turpethi colorem verteretur. Ceterum guſtu mordax ſtypticus magis quam amarus ſal.

Puluis gryſeo-albus cremoraceo-ſeleniticus fere cum genuino nitri ſpiritu vehementer efferbuit, non omnis ſoluebatur tamen, & adiecto lixiuio fixo phlogiſticato contenti martialis elementi dedit indicia.

Ergo TIFFER thermae innocuae ſatis, & ſimplicea conſtant pinguedinis mineralis & martis momento, pauca terra abſorbente, & refractaria nitri acido alia, tum parca ſalis mirabilis terrei quantitate, quae adhuc alcali vitiata ſit in experimentis euaporationum, haec enim ſic aquis ineſſe non perſuadeor. TY-

TYROLIS MEDICATAE.

Plures omnino, & principes sunt, quarum aliquas aliqui descripserunt, non tamen semper ob Chemiae defectum optime. Ad nauseam inter alios insipidus est in *Viatico balneantium* FRANCISCUS XAVERIUS DE KNÖRING impress. BRIX: 1700. sine ulla analysi aut sale, Chemicus, & Poeta;

Ego hic tradam primo, ut *Clariss.* Professor de MENGHIN earum multa nomine mihi per literas communicavit, & de aliquibus libellos misit, tum secundo, prout Expertiss. Clagenfurtensis Physicus, & sanitatis Adsessor Chrysanthemus VEST scripsit, tum demum, ut ex schedulis Commissionis sanitatis Oenipontanae accepi, & recentiorum analysibus,



ABFALTHNERBACH Baln. Tyrol.

In Pusterthall.

ANTHOLTZ Baln. Tyrol.

In Pusterthall, Iurisdictionis Braunegen. in valle Antholtz, marre dicitur foetum, vi-

 trio-

 

triolo, & spiritualitatibus sulphureis balneum, & muliebres adfectiones, maxime sterilitatem percurare: ita sine vllo examine instituto Author KNÖRING in suo *Viatico balneantium*.

AVBAAD Baln. Tyrol.

BAVMKIRCHEN Baln. Tyrol.

Infra Haall.

BRAX, BRAGGSER Baln. Tyrol.

In PVSTERTHALL. In valle BRAGGS. laudat idem KNÖRING sine analysi in paralysi, podagra, in passione ischiatica, etiam contra apoplexiam, & tubercula gallica, cancrum &c.

BRVTZ Acidulae Tyrol.

EX ACTIS COMMISSIONIS SANITATIS.

Aqua Brutz (a) in valle superiori Oenensi, loco a villa LADIS horae quadrante, integra a villa BRVTZ ditionis LAVDECK

(a) Brandisius. Nigrium.

DECK ex peralto monte orientem solem versus exoritur.

Lumen Cylindri aurichalco facti pollicis fere diametrum habet, ex quo scaturiens pellucida defluit, hyeme minus, aestate frigidior gustu vellicans, acidula, grata refocillans, lagenis aliorsum deuectae nullatenus comparanda; quod fere negligenter, aut aere calido, ac pluuioso vitris includi adsoleat.

Omni parte praestans adeo, vt (a) triginta duabus acidulis, diuerso extero, longe distanti solo iubente LEOPOLDO Archiduce Austriae aduectis vnanimi consensu partim tutiori vsu, suauitate, ac amoenitate, partim gratissimo spiritu, & efficacia superior fuerit.

Verum, vtut illo tempore praestantissima, multum pristinae laudis hodie desideratur; vt plane, dum antea plus, quam centies mille illius lagenae diuenderentur quot annis, nunc vix sex, aut septem earum millia emigrent: deplorandam praestantis aquae sortem, hancne dulcium adfluxus, aut loci immunditiies causat? Fons enim post

F 5 an-

(a) Ioann. Angermann. Mycroscopium physico-Medicum. 1673.

annum huius feculi decimum quintum nec apertus, nec repurgatus eft, neque alia magna originis cura habita.

Aquae Brutz de nouo examinatae, libra ciuilis poſt euaporationem viginti octo grana reſidui habet, in quo facta lege artis decompoſitione tenuis, leuis, ac lixiuioſa, nempe alcalina terra cum ſale medio amaricante continetur: guſtum acidulum, gratum, penetrantem, nulli volatili principio, ſed ſingulari praedictorum contentorum ſubterraneae mixtioni adtribuit vltima indagatio, qua ſcilicet vnione aere libero ſoluta, amoenitas cum virtute illico deſideretur.

Virtutem ſi ſpectes, ea vix quidquam ab illa aliarum congenerum abit: puritas eius nempe, fluiditas, leniſque lixiuioſus ſtimulus fauent, quo commodius minima vaſcula penetret, mucoſa incidat, moueatque: terra eius calcarea, acrimoniae acidae contrariae, eam educere valet.

EGNETHART Baln. Tyrol.

Prope Ambras non longe Oeniponto.

FREY

FREY Baln. Tyrol.

In Iurisdictione Gvfidavn.

GEISLIPERGER Baln. Tyrol.

Sulphureum eſt, & roborans.

GRISBADER Baln. Tyrol.

In vrbe Kizbihl nouiter detectum.

INNICHEN Baln. Tyrol.

In PvstertHall non longe ab Innichen ſulphureum.

IOCHBERG Baln. Tyrol.

In Vnter-Inthall.

IVNCKLEBRVNN Tyrol.

Infra Lientz Carinthiam verſus, habetur vna cum balneo fons ſoterius.

IVNGBRVNN Baln. Tyrol.

In NOLDERTHAL non longe Oeniponto, & Halla in YNTHAL, dicitur gaudere exhalationibus martialibus, nitro, vitriolo, sulphure alumine, & auri minera, sicque omnia curare; vide ausführliche Beschreibung. Innsprugg 1756. cum attestatis Medicorum; ab hoc haud longe abest Soterius alius fons dictus SCHWARTZBACH.

KERSCHENTHALL Balneum. Tyrol.

Oeniponti ex monte Hottingen fons oritur, aurea vena defluus, & aquis vicini riui praeterlabentis in balneum mixtus.

LADIS Baln. Tyrol.

LANDECK Acidula Tyrol.

Ex ACTIS COMMISSIONIS SANITATIS.

Ad riuum Lahnbach dictum villa est LANDECK, in cuius vicinia proxime viam eodem monte, eodemque latere, quo BRVTZ & LADIS floret, acidula quoque LANDECK exoritur.

Hanc

Hanc multi retro anni nouerunt, origine tamen non semper eandem, quod intumescente vicino riuo non raro ostium destructum, arenisue obrutum fuerit: hodie geminum eius exortum, vetustique operis craterem muro fabricatum videre est, qui velut antiquitatis testis habetur; cura recentiori factum est, vt vera, ac primaria huius aquae scaturigo ab anni spatio iniuriis praeterlabentis riui nihil omnino turbata, genuinum, castumque liquorem largiatur.

Recens vitro ex fonte hausta innumeras pulcerrimo ordine bullulas, in altum, immumque ruentes exhibet, quarum quasdam extra ipsam superficiem prosilire obserues: gustu acidula, grata, mordacilla leniſſime simul adstringens est.

Primo. Syrupo violarum illico viridescentem.

Secundo. Puluere vero gallarum, aut Rhei profunde flauicantem induit colorem.

Tertio. Plus, minusque acidis, nihil tamen alcalinis exagitatur, quorum additione solum lactescit, & in superficie, mediocque nubeculas format albas, ex quibus post duodecim, aut viginti quatuor horas terra al-

ba

  

ba praecipitatur, cuius grana viginti quinque libra vna continent.

Ex vncia femis huius elixiuiata, & cryftallifationi data habebantur drachma vna falis amari medii cryftallifati, & viginti duo grana falis, cryftallorum formam refpuentis, cum acidis vehementer confligentis, nempe alcalini: reliqua portio fere erat terra leuis, alba, tenera, acido vitriolico quafi integra folubilis, fcilicet calcarea, alcalinae. Optatur exactius examen, id enim minime fine euaporatione chemicum eft.

MAYSTAEDT Baln. Tyrol.

Non longe a NIEDERDORFF abeft; mineralis aqua clara admodum, pellucida, fed parca eft, faporis acido-aufteriufculi, vehit, fi credere velis KNÖRINGO, nitrum, vitriolum, & ingredientia aurificantia.

MORTELL Baln. Tyrol.

In VINSCHAV iurisdictione MONTAN.

NEVSTADT Baln. Tyrol.

In Pufterthal, iurisdictione WELSCHBERG.

No-

NOCKER aqua Baln. Tyrol.

Paulo ſupra Oenipontum a monte ſcaturit.

OFENLOCH Baln. Tyrol.

Oeniponti eſt, fons oritur in monte SOTTINGEN, cum autem aquam parce largiatur, adiungunt aquam excorrente SILA.

PEY Acidula Tyrol.

EX ACTIS COMMISSIONIS SANITATIS.

Non longe a RABBI acidulis, altero nempe dicti montis EISENBERG latere proxime riuum Noss haec acidula ſcaturit, RABBI quoad multa ſimilis, fortior attamen.

Ortu minus cryſtallina, vtcunque caeruleſcens, ſaporem acidulum, adſtringentem vitriolicum, minus gratum RABBI largitur; aperto aeri expoſita tenui ſplendenti, velut Iridis aemula cuticula regitur, tum vero minus ſapida puluerem flaueſcentem, aut etiam ex ferreo gryſeum praecipitat: in anthlia pneumatica Rabbienſi minus ebullit, & attollitur.

Pri-



Primo. Syrupus violarum etiam post aliquot minuta viridem, gummi lacca profunde rubram, fere nigricantem ostendunt.

Secundo. Puluis gallarum, aut Rhei nictu oculi citius nigrescere omnino faciunt, calida, frigidae fuerit.

Tertio. Cum acidis efferuescit; oleo vitrioli adfusa reddit vas calidum.

Quarto. Contra alcalinis parum adeo mutatur, vt primo post moram terra gryseo-flaua praecipitetur.

Quinto. Sublimato mercurio superfusa, turbida facta, lactescit, ac post tempus viginti quatuor, aut triginta sex horarum pulverem flauum deponit:

Sexto. Vino Tyrolensi addita, gratior redditur: neque minus Rabbi;

Septimo. Lac diutius a sui decompositione defendit.

Quae quidem, vti & euaporatio relictique decompositio euincunt hanc Pey acidulam vitriolo, marte, sulphure ditiorem, fale amaro medio, & alcalino, seleniticaque terra minus illa Rabbi praeditam, minusque temperatam esse, vnde caueas, eam propria dosi, qua Rabbi datur, haurire, scilicet validiorem, plusque purgantem, non

ra-

raro emericam: verum, magisne ea roborans, adstringens? id maior vitrioli, sulphuris, & martis praesentia suadent, vt quasi in morbis fibrae debilis praeferenda videatur: vide RABBI & PEY secundum Clariss. Professorem Oemipontanum de MENGHIN.

PRENNER Baln. Tyrol.

In apice montis non procul ab vrbe STORZING.

RABBI Acidula Tyrol.

EX ACTIS COMMISSIONIS SANITATIS.

Medicata vi per centum retro annos illustris, tribus huc vsque opusculis celebrata habetur (a).

G Tri-

(a) Arnoldi PLAVDERBACH de admirando Dei dono, siue de facultatibus acidularum in valle solis 1666. & in hoc paruo tractatu mentio fit sequens de fonte admirando in valle solis tribus, aut quatuor ab hinc annis mira Dei proudentia reperto, & singulari admodum Illust. D Christophori MIGAZZI industria, & solertia indigitato, dein 1671. scripsit Casparus PASSY Medicus Praesianensis, tum anno 1715 Antonius Giulianus TESSARI, Physicus Tridentinus.

 

Triplex eius fons est, vnus reliquis celebrior, ad montem Nos in valle folis proxime riuum Rabbi, qui etiam Rabis dicitur, fitus. Aqua furfum ex terra in craterem ligneum, tres pedes longum, duos altum propullulat, & murmurans, infignes, rotundas, pulcerrimo nitore cryftallinas in fuperficie margaritos fingit: ex hoc & potantur aquae, & follicite lagenis includuntur.

Proxime hunc craterem fere idem liquor priori bullularum praefentia, ac grata cum ftimulo fapiditate tantifper inferior, cetera fimillimus, per apertam vnum pedem latam, tresque pollices altam foffulam decurrit, loco nouem paffibus fuperiori oriundus.

Tertius demum fons in altera riui parte, loco vallis mediam horam interiori vifitur, vbi riuo autumni & hyemis tempore minus alto per ipfum Rabbi fluentem aquam in altum profilit, modo deprimi fontis cratere enarrato; interim triplex huius acidulae primaria origo ex monte ita dicto Eisenberg inter riuos Rabbi & Noss fito per omnia retro tempus adeo illuftris defumenda videtur.

Vfus



Vſus eius hodie ſat magnus, vt ſaepe maxime aeſtiuis menſibus ex diſſitis etiam regionibus diuerſae ſortis, ſexusue homines, numero ad quingentos increſcente conueniant; neque id mirum; omni ex parte enim ipſi PYRMONTANAE HOFFMANNO & SEIPIO tantopere laudatae, factis iisdem eorum experimentis praefertur.

Ortu limpidiſſima in aere libero quieſcens breui turbatur, vt primo quidem obſerues in ſuperficie tenuem ſplendentem multiformem pelliculam, mora craſſiorem futuram, ſimulque tenuiſſimos puluiſculos, quorum per nouem circiter horarum ſpatium, tempus ſcilicet aeri calidiori, aut vero frigidiori proportionatum, inſignem dimittit quantitatem; nempe tunc aqua omnino turbida, iam flaueſcens ſaporem cum aliis proprietatibus deſiderat. Anthliae pneumaticae incluſa mirum ſpumeſcens vetut ebullit, nullo frigore hyemis conglacianda, hyeme calidior, aeſtate frigidior; per ſaxa decurrens, quae terra aureo colore diſtincta inueſtit.

Guſtata linguae non aſſuetae gratum, leniter mordacem, ac penetrantem, vltimo velut adſtringentem, vitriolicum imprimis ſaporem; odore vix inſignis parum quibus-

 dam



dam fulphurea, aut aliter etiam erhina videbatur.

Primo. Recenter ex fonte defumta fyrupo violarum illico viridem, gummi laccae vero commixta plus, vel minus rubrum colorem exhibet.

Secundo. Frigida recens gallarum pulueri, aut Rhei fuperfufa, momento fufca, aut nigra tincta, per quindecim aut viginti quatuor horas perftat, vbi furtiuo hoc colore deftituitur.

Tertio. Acida omnia eam efferuefcere faciunt, vt oleo vitrioli mixta, vitrum calefaciat:

Quarto. Alcalina nihil ab initio mouent, fed mora videas terram albo-flauam praecipitari:

Quinto. Mercurius fublimatus eam turbidam, lacteam, vltimo flauam reddit, vbi quoque poft nyctemeram, aut biduum fundus vafis terram alboflauicantem exhibet.

Sexto Vino tyrolenfi infufa gratior, lactique admixta, id diutius folito in aere aperto integrum conferuat.

Septimo. Debita dofi haufta aluum ter, quaterua laxat, eamque facit nigrefcere.

Ne-

Neque solum haec enarrata experimenta, sed illa quoque euaporatione, relictique decompositione instituta, clare euincunt principia illius esse: aquam, nempe vehiculum, vitriolum cum terra martiali, terram alcalinam, & etiam seleniticam, salem amarum medium, salem alcalinum, vltimo demum sulphuris quantitatem aliquam.

Libra ciuilis euaporata relicti grana viginti tria habet, ea scilicet proportione: ferri grana duo, salis amari grana septem salis alcalini fixi grana quatuor, terrae alcalinae grana septem, terrae seleniticae grana tria, quibus demum tantillum sulphuris addas.

Virtutem huius ex inde deduces, nempe mucosa incidere, obstructa reserare, & consuetis viis eliminare, esse quoque scorbuti determinatae speciei contrariam, ceterum adstringentem, morbis ergo vasorum minimorum chronicis addictam.

 

EAEDEM AQVAE, VT ET PEYENSES,

AVCTORE ET EXPLORATORE

CLARISSIMO PROFESSORE

OENIPONTANO DE MENGHIN.

Cum mense Septembri labentis anni 1771, ob pertinacem, qua vltra annum vexabar, vertiginem, non tam a ventriculi, quam totius systematis neruosi debilitate oriundam hunc fontem accedere decreuissem, varia hisce Rabbiensibus, tum & Peiensibus in superiore solis valle sitis experimenta hac occasione cepi cum Clariss. Medicinae in vniuersitate Pisana Professore de Ramponi amico optimo, quibus constitit: aquam Rabbiensem e praerupta fluentem rupe limpidam esse & crystallinam: bullulas, quas in ebullienti aqua videmus, pulcro fundit spectaculo, incundumque accidit, bullulas hasce exiles fane, dum mox e fonte saliens vitro excipitur, e medio vase ascendentes intueri, quae illico supra aquae superficiem granulorum instar in aere salientium eleuatae per duo circiter minuta secunda adparent, tum euanescit hic tam in vitro quam in aere granulorum lusus, & aqua limpida perstat,

Si

Si e fonte sumta illico potetur, saporis est gratissimi fauces primo delicato stimulo ferientis, dein lenem sensim adstrictionis relinquentis: frigida est, & per alueum fluens, pelliculam format, pulcerrimis auri, argentique coloribus variegatam, si apertis vasis seruetur, gratum illud euanescit spirituosum, adeo grate, & blande fauces afficiens, remanente tamen sapore salino, & fauces leniter adstringente.

Diu seruata pauculum duntaxat deponit sedimentum, idque sapidum, per alueum vero fluens ochram in fundo, & lateribus relinquit flauo-luteam, dum interim fluit sine susurro, ast e rupe erumpens bullulas eiaculatur; odorem e fonte hausta fundit gratum, spirituosum; sulphureum dicere non ausim; in vase pro balneo post ebullitionem seruata olet instar hepatis sulphuris, ex quo tamen de sulphuris praesentia ego quidem iudicium ferre haud velim.

Primo. Adfuso aquae e fonte exceptae oleo tartari per deliquium mutatto nulla notatu digna obseruata est.

Secundo. Syrupus violarum breui viridissimo tingebatur colore.

 

Tertio. Adfuso acido vitrioli, etiam aceto destillato pauculae bullulae exoriebantur, vbi autem aqua igne calefiebat, adfuso acido fossili, ac etiam vegetabili, dabat effervescentiae signa manifesta.

Quarto. Decoctum gallarum eidem adfusum primo purpureum, dein mox nigrum induebat colorem.

Quinto. Adfuso sacharo saturni nulla mutatio est obseruata.

Hisce institutis experimentis cum Clariss. Professore de Ramponi, praesentibus binis Medicinae studiosis, qui me comitabantur, libras medicas quatuor circiter, vase figulino praeprobe obdurato exceptas a pharmacopaeo Maleti, qui locus quatuor circa a fonte horis distat, destillationi in alembico vitreo in balneo arenae committi curaui, prodiit primo ignis gradu aqua pura non ingrata, cum acidis non effervescens, sed syrupum violarum tingens colore viridi, aucto sensim igne aqua prodibat a priori in eo solum diuersa, quod syrupum violarum viridi colore, & citius tingeret, & intensius. Sedimentum in vase destillatorio superstes ponderis erat drachmae vnius, & granorum decem.

Dum

Dum sumpsi eiusdem aquae Rabbiensis libras medicas triginta, quas euaporandas commisi eidem pharmacopaeo; quia vero Oenipontum redeundi tempus aduentabat, id negotii concredidi amico suauissimo Professori de RAMPONI, non procul a fonte vacationum tempore moranti, & pharmacopaei laboribus praesenti. Euaporarunt hasce aquas in alembico vitreo, residuum ab euaporatione ponderis vnciae vnius, & vltra obtinuerunt. Sal inde elixiuiatum, filtratum, & crystallisationi ex parte commissum, crystallos nullas dedit, inspissatum vero ad siccitatem ponderis erat respectiue drachmarum septem.

Sal hoc neutiquam crystallinum cum residuo ab elixiuiatione drachmas duas fere aequante, ad me Oenipontum transmissum cum expertissimo pharmacopaeo aulico Mathaeo SCHÖPFER in aqua denuo solui, & euaporaui, & deprehendi, quod cum acido fossili fortissime effervesceret, syrupum violarum colore intensissime viridi tingeret, & in aqua solutum, superfusa solutione mercurii sublimati corrosiui puluerem aurantii coloris praecipitaret. Sedimentum ochreaceum, quod larga copia e fonte collegeram,

 

calcinauimus, & admoto magnete ferrum adtrahebatur, quod vero non contingit obseruare tam manifeste ex sedimento collecto ex aheno, in quo aqua pro balneo ebullitur, siue calcinetur, siue non, vtrumque tamen sedimentum, tam calcinatum, quam non, acido nitri solutum, adfuso lixiuio sanguinis bouini primo viridem, dein caeruleum colorem exhibuit.

Eadem pericula feci cum aquis Peyensibus in superiore Solis valle sitis, quae tum iuxta fontem, cum domi examinatae in eo duntaxat a Rabbiensibus discrepabant, quod spirituosum illud, adeo grate fauces adficiens principium maiori copia iis inesse deprehendatur, cum hae aquae fortius, & minus blande palatum adficiant, relicto in fine sapore vere vitriolico.

Aquae hae ad dissita loca etiam lagenis felteranis pice probe clausis sine magno virium detrimento secus ac Rabbienses transferri possunt; namque eas lagenis felteranis inclusas Oenipontum translatas non multum de fugaci principio, & nihil fere de sapore vitriolico perdidisse aduerti gustans, & Expertissimus Medicus Tridentinus DOMINICVS ZVCCHELLI DE TRESSA, quem inter audito-

tores meos numeraſſe laetus recordor, aquas haſce Peyenſes lagenis ſelteranis rite clauſis ſeruatas per annum deprehendit, ſaporis adſtringentis vitriolici, non ſine ſtimulo ac principio ſpirituoſo.

Primo. Aquae hae ad fontem examinatae cum acido vitrioli etiam frigidae efferueſcebant, calefactae autem quam fortiſſime, vti & cum acido nitri, & ſalis.

Secundo. Syrupus violarum admiſtus non nihil ſerius ſed intenſius tingebatur colore viridi.

Tertio. Decoctum gallarum iis mixtum intenſiſſime nigreſcebat.

Sedimentum ochreaceum e fonte hauſtum iisdem, quibus illud, quod ex Rabbienſibus deſumtum erat, ſubiectum periculis, eosdem euentus exhibuit, eo diſcrimine, quod color caeruleus, vbi ei lixiuium ſanguinis bouini commiſcebatur, longe pulcrior adpareret, & citius, & magnes ferrum maiori copia ex eadem adtraheret.

Ex libris medicis quindecim huius aquae euaporatae reſiduum fuit drachmarum quatuor, & ſcrupulorum circiter trium : ſal elixiuiatum inde obtentum fuit drachmarum dua-

duarum cum femisse, quod cum acido vegetabili vehementissime efferuescebat.

Ex his experimentis deduci posse opinor, aquae vtriusque salem tot experimentis tentatum, indolis esse alcalinae. Aquae tamen vtrique, Peyensi praecipue acidum inesse arguunt: Primo: sapor vitriolicus cum adstrictione, dum potantur hae aquae Peyenses potissimum; Secundo: Praesentia ferri, quod maiori copia Peyensibus inest, minus falinis; Tertio: sedimentum ochreaceum, quod acido nitri reseratum, lixivio sanguinis bouini mixtum dedit caeruleum Berolinense; Quarto: linteum caeruleum Turnesol, quod aquae fontis immissum colorem violaceum, Peyensi vero immersum rubrum contraxit, id quod & cum Rabbiensi licet non tam intense contingit: vide WALLERII HYDROLOGIAM, **oder Wassereinleitung zur Anstellung der Wasserproben.** pag. 76. Sect. 25. n. 3. vbi notat, vitriolum volatile vehentes cum basi alcalina syrupum violarum viridi, Turnesol autem rubro colore tingere; Quinto: hepar sulphuris, cuius solutione aquae Peyensi immixta albo colore praecipitabatur, licet non constanter id contigerit.

Ve-

Google

Verum vtriusque aquae principia adcuratius extricaturi sumebamus residua ab eliximatione falium, torrebamus feorsim supra laminam cupream, vti docebat WALLERIVS libro citato pag. 180. igne initio leni, tum fortiori, sed nullus adparuit color sulphur, aut zincum denotans.

Rabbiensis enim aquae residuum pallidum, Peyensis fuscum induebat colorem; postea residua calcinauimus, ex quibus adplicatus magnes nihil adtraxit: adfuso acido nitri leuis sibillus cum efferuescentia oriebatur, turbabatur liquor, incalescebat, & adscendebant vapores: liquorem turbidum balneo arenae imposuimus in calore aquae ebullientis, dein refrigeratis vitris liquor fiebat pellucidus, sedimento in fundo haerente: liquori filtrato admiscuimus lixiuium sanguinis bouini, & color oriebatur primo fuscus, dein viridis, & tandem caeruleus: eadem phaenomena adparebant, dum eadem ratione tractaretur residuum non calcinatum, eo solo discrimine, quod adfuso acido nitri efferuescentia quidem, sed nullus sibillus, nullusque calor obseruaretur: sedimenta residua in vitro post primam euaporationem relicta nitri acido adfuso pariter efferuescebant, &

fe-

 

fere tota soluebantur, adfuso oleo tartari per deliquium sedimentum albo flauum ex Rabbiensi, obscurius de Peyensi praecipitabatur. quae ambo cum acido nitri iterum efferuescebant, idque reiterato labore, licet semper minus, vnde deduximus sedimenta post salium elixiuiationem relicta terram ochratam esse, cum terra quadam calcarea, vel cretacea, seléniticam eam vocant alii, mixtam, plus tamen de ochrata Peyensi, de cretacea Rabbiensi inesse videtur.

Proportionem inter haec contenta exacte determinare difficile est, tum, quia totius aquae euaporationi inuigilare nec Clariss. Professor de RAMPONI, nec ego potuimus, cum etiam, quod ad id praestandum longe maior copia aquae requireretur, vt sileam defectus alios plures in locis illis montosis; liquet tamen, triplam fere proportionem salem alcalinum esse in Rabbiensi, minorem in Peyensi, notabilem copiam ferri, seu verius vitrioli, hancque notabiliter maiorem in Peyensi, & paucam copiam terrae ochratae, & calcareae, atque de illa plus in Peyensi, de calcarea vero plus in Rabbiensi, cum haec pallidiorem semper ex-

exhibuerit colorem; neque acidum negari poterit, quod cum ferro vitriolum constituit; neque negari potest, non semper eodem modo principiis hisce has aquas impraegnatas esse, vnde diuersitas aliqua in adsignando principiorum pondere oriri potest.

Principium spirituosum aestiuo tempore, mense Iulio, & Augusto manifestius adparet, quo tempore hos fontes aegri solo fere inuisant; ex agricolis tamen illis intellexi, hyeme frigidissima gustatas illas aquas gustu satis spirituosas fuisse deprehensas: si a ferro, seu vitriolo, quod maiori copia inest Pevensibus, & sale alcalino, quod maiori copia inesse deprehensum est Rabbiensibus, praescindamus, insignis ratione gustus, si ad fontes potentur, differentia non est; & loci conspectus docere videtur, eandem esse harum aquarum originem, licet enim fat longa intercapedine separentur ob intermedium montem, norunt tamen per auia, & inuia euntes venatores ex vno ad alium per intermedium montem intra paucas horas peruenire fontem: oriuntur ambae ex vasto monte mineram ferri continente, constat enim, ante centum annos ferrum ibidem effossum fuisse.

Vi-

 

Vires medicas quod adtinet, comprobantur vires aperientes, deobstruentes in obstructionibus abdominalibus, febribus intermittentibus pertinacibus: solidorum laxitatem emendant; Peyenses tamen vi roborante praeferendae sunt, corpus firmant citius, & palato delicato minus aliis gratae. Agunt ambae per renes, etiam per aluum, quam fortius mouent Peyanses, Rabbiensibus minus mites, hinc minori copia potandae sunt: bono esse solet signo aluus sub Peyensium praeprimis vsu nigra, atramenti fere instar; potantur Rabbienses à libris quatuor vsque ad septem, Peyenses a quatuor vsqua ad sex, etiam vltra, abstinendum sub aarum vsu ab acidis, pinguibus, salsis.

Nota I. Sal vtriusque aquae elixiuiatum in aqua saepius destillata solutum, dein filtratum, adfuso oleo tartari per deliquium agitato vitro post breue interuallum leue efferuescentiae signum exhibuisse, liquor ramen vix turbabatur, post aliquot horarum quietem nubeculae in liquore adparebant, an sal alcalinus mineralis, vel terra alcalina NEVMANNI mediante sale alcalino lixiuioso liberata adparuit forma nubeculae? an terra calcarea in aqua praesens id praestitir?

Nota II. Ego sane sub vsu aquarum Peyensium, quas ad decem vsque libras potaui indies, magnum leuamen percepi: balnea scopo roborandi sub finem adhibentur, quae prosunt etiam in obstructionibus.

RAMWALDER Baln. Tyrol.

Ex alto monte RAMWALD in Dominio St. MICHELSBVRG propullulat.

SCHVLTZ Atramentosa Tyrol.

In Engedein, balneum, & fons soterius atramentum redolet.

SELLRAIN Soteriae Tyrol.

AVCTORE ET EXPLORATORE

CLARISSIMO PROFESSORE

MED. OENIPONTANO V. GERSTNER.

Aqua vitriolici, & attramentosi, leniterque adstringentis saporis, balneantium indusia flauis maculis inficit, simili etiam sedimento canales, per quos ducitur,

& oua illis diutius impofita incruftat. Haec aqua omni communi multo leuior eft.

Cum gallarum puluere diu non potuit in purpureum, aut nigrum colorem mutari, etfi per tres dies infunderetur, & in aqua ebulliente coqueretur, tum vero in hunc transmiffa fuit, dum vltra medietatem euaporata effet.

Euaporatis viginti recenter hauftae aquae menfuris, ad remanentiam menfurae vnius, colatura admodum flaua erat, fimilis vino albo confiftentiori, flauumque fedimentum pofuit, quod in vitro ficcatum fuit.

Puluis ficcatus leuigatiffimus vix inter digitos, nifi aliqua pingui mollitie perceptibilis, ochroleucus, fapore dulcis, id etiam particulare habuit, quod quidem poft repetitam irrorationem aquae & exficcationem expallefceret, aquam tamen femper flauo colore inficeret.

Colatura ad ficcitatem euaporata inftar extracti vnctuofa ex flauo rubra aquam citius, & intenfius colorabat ipfo puluere, & fal, qui in aqua nondum foluebatur, pallide flauicabat, femperque magis expallefcebat, quo frequentius aqua humectaretur, eodem prorfus, vt de puluere dictum eft, modo.

Vt

Vt pateat, relictum puluerem teneram pinguem ochram martialem esse, quod etiam confirmabatur miculis splendentibus, martialibus; licet a magnete non statim adtraherentur.

Roborans sumitur in balneum, & potum, vide Clarissimi Viri Abhandlung vom Gellrainer Gesundbrunn 1769. Postulatur acuratior analysis.

St CRVCIS Baln. Tyrol.

In Vnterynthall prope Hallam.

St. MARTINI Baln. Tyrol.

In GNADENWALD balneum & fons soterius.

STADEL Baln. Tyrol.

In Vnterynthall.

STAINKIRCH Baln. Tyrol.

In Vnterynthall.

 

TRASP Acidula Tyrol.

Ex Actis Commissionis Sanitatis.

Trasp locus ab imperialis Dominii arce einsdem nominis horam vnam, sex vero a dominio Navderes dissitus binam nobis, eamque multum se inter disparem largitur aquam, quarum prior diu cognita Salina audit, altera, vsque hodie neglecta Acidulae nomen meretur.

Salina proxime flumen Oenum ex peralta rupe scaturit clara, pellucida, crystallina, saporis omnino salsi, plurimum sulphurei, odore scloperum, post plures explosiones nihil purgatum, redolens.

Lapidem, quem defluendo lambit, flauo, mucoso, sordido tegumento obducit; recens ex fonte vitro excepta, pulcerrimum propter bullulas magna cum velocitate sursum, deorsumque nitentes, spectaculum ludit: inde expo..ta aeri obscuratur sensim, tenuique nubecula alba, verius pellicula, obumbratur.

Primo. Syrupum violarum per gradus spatio horae quadrantis viridescere facit.

Se-

Secundo. Pulueri gallarum, aut Rhei adfusa primo in flauam, sensim vero obscuriorem, tandem fuscescentem aquam abit.

Tertio. Acida omnia, maxime oleum vitrioli eam exagitant, cuius ex adfusione strepitus ingens, calor, fumusque oriuntur, simul tamen magna ad saturationem acidorum requiritur quantitas.

Quarto. Alcalinis nihil cedit, eorum tamen admixtione illico alba lactescens facta, post horae dimidium album ponit sedimentum.

Quinto. Eundem fere effectum, & a saccharo saturni, & a mercurio videas sublimato; eam enim pariter lacteam faciunt.

Sexto. Maius adhuc imperium lunae in hanc esse videtur; cum post ingentem efferuescentiam illico puluerem album dimittat.

Libra ciuilis euaporata dat drachmas duas residui ex flauo albescentis, quod maximum cum acidis conflictum init; huius massae vncia semis decomposita habuit drachmas duas cum granis viginti duobus salis medii amaricantis, & grana octodecim salis alcalini, vbi reliquum potissimam quoad partem terra calcarea, alcalinaue constituat,

 cui

cui quoque sulphuris quaedam portio adhaeret; huicne ferrum insit? non satis euictum, & facile tamen, & indubitate sciri potuisset.

Vsus purgans vehemens dosi mensurarum trium per diem, cura in triduum protracta hauritur, vbi quotidie aluum viginti aut triginta vicibus soluit, maiori vtinam non corporis cum detrimento, quam vtilitate.

Verum instane dosis purgantis aquae nulli sit detegenda? facile omnino! neque minus ex liquido, tantopere salino, euaporatione, aut crystallisatione sal obtinendus, qui per experimenta iam facta sali amaro. sedlizensi consimilis, vim eiusdem purgantem exserat.

Acidulae Trasp scaturigo horae quadrantem a priori distat, eodem tamen fluminis latere visitur; huius fortem in hanc diem inimicam doleas, cum tamen principiis excellentior post acidulam Brutzensem reliquis omnibus palmam eripiat: neque mirum! aditus ad scaturiginem minus commodus, & vicinia prioris tantopere purgantis gloriam ei inuidisse videntur; scilicet illud vulgo plus adrideat medicamentum,

quod

quod ingentem ex corpore quantitatem humorum, vt quidem credunt, noxiorum educeret.

Primo. Largo scaturiens flumine, leuis, pellucida, clara saporem acidulum, vinosum, gratum, reficientem, lenissime mordacem linguae imprimit: eius adfusione syrupus violarum sensim profunde viridescit.

Secundo. Puluis gallarum, & Rhei subfuscam ei flauedinem inducunt.

Tertio. Cum acidis maximopere effervescit.

Quarto. Nihil tamen alcalinis mutatur, nisi quod albidiusculum dimittat sedimentum.

Post euaporationem ex libra vna ciuili quadraginta duo grana residua erant, quae ingentem cum omnibus acidis conflictum faciebant; huius vncia semis elixiuiata dedit drachmam vnam cum quinquaginta granis salis amari medii, & viginti duo salis lixiuiosi, demum drachmam vnam cum granis quatuordecim alcalinae, & viginti quatuor grana, acido irresolubilis terrae selenticae: quibus quidem ex principiis plus salinis, virtus quoque eius incidens, destruens, & eliminans clare intelligatur, vt tantum dosi intellecta vsus suadeatur. An

 

martem non continent? sunt repetenda experimenta. Clariss. CRANTZ.

VENVSBERG Baln. Tyrol.

-Non procul Oeniponto.

VLTIN Baln. Tyrol.

In iurisdictione GVFIDAVN.

WALLBRVNN Baln. Tyrol.

Roborat.

WINKEL Baln. Tyrol.

In Tau duabus propullulat scaturiginibus; roborare dicitur.

YLSTER Baln. Tyrol.

ZVSEN Baln. Tyrol.

Prope BRIXIAM AD FARN.





BUDENSES Thermae Hungariae.

AVCTORE ET EXPLORATORE
CLARISSIMO ac CELEBERRIMO PROFESSORE
CRANTZ.

BVDA Hungariae Metropolis Comitatus Pilifienfis ad Danubium fita, Pofonio viginti nouem, Vindobona quadraginta duabus, Cracouia fexaginta, Alba graeca fexaginta quinque, & Conftantinopoli ducentis viginti quinque leucis diftat.

Vrbs haec plurimis iam a longo aeuo thermis, quas diuerforum temporum hiftoriographi extollerent, medici tamen non examinarent, celebrabatur, donec anno huius faeculi vigefimo primo Budenfem Thermographiam publico daret Expertiffimus Medicus Laurentius STOCKER, nimis peripatheticam, & quafi adeptam; vnde folum ab eo id affumam, quod ad loci hiftoriam fpectat, alia hodiernam Chemiam fere non fapiunt, & duas principes aquarum mineras, ex quibus aliae thermae forte folum nutriuntur, examinabo.



I. CAESAREAE THERMAE.

Caeſareae, aut etiam aliis Regiae dictae, quae Budae ſunt, thermae, ad pedem montis S. Ioſephi ſcaturiunt, ita quidem, vt in via regia media, decem circiter paſſuum a thermarum aedificio diſtantia cyſterna ſit, ex qua per meatum affabre ex lapidibus concinnatum aquae delabuntur labra irrigantes. Labra ibi quatuor ſunt, primo exterius ſtatim ad introitum ad ſiniſtram ſitum, ſecundo amplum commune plebi dicatum, & poſt hoc tertio ad dextram vetus, quarto ad ſiniſtram nouum exſtructum eſt.

Minera aquae limpidae huiuscemodi eſt, vt primo vix non feruens receptaculorum, & ductuum lapides, operimenti vices agentes ex halitibus in altum iactis ſulphuris floribus pulcerrimis, vt ne arte elegantiores ſublimari poſſint, hinc & cryſtallis pellucidis figurae irregularis, potiſſimum tamen cubicis, & oblongis ſexangularibus obducat: Secundo vt tophum dimittat ſaxeum, qui in tanta copia hic adnaſcitur, vt ad multas colligi libras, quod tamen alii minime confirmare volunt, ſi infringatur, poſſit: tertio vt hepatis ſulphuris odorem ſpar-

gat, argentum immerſum deauret, & nigras deponat in cloacis faeces, quae commotae intolletabili foetore nares feriant: quarto vt cutem ducat calcis, & materiem mucilaginoſam, quandoque filamentoſam diuerſi coloris; quinto tenendum eſt, caloris gradum omnes thermas fere eundem habere, vtut in nonnullis ſpiraculo adeo commoda non habentibus thermis aliter adpateat, & quidem iuxta Reaumuri Thermometrum triginta trium graduum, menſe Maio experimenta capiente doctiſſimo Viro Meoerer Legionis Poniatowskianae apud Caeſareos Chyrurgo primario; hinc centum & ſeptem Farnheitii: qui calor magnus eſt.

Conſentit fere Expertiſſimus Med. Doctor Casaki; ita tamen, vt ex relatis contendat ad danubii augmentum, & decrementum calorem thermarum maxime Plocksbaad augeri, vel minui, & 26. & 28. die Februarii 1772. media obtinente aquarum Danubii altitudine in Labro cubilis Numero ſeptimo quam proximi ſcaturigini, 24 gradum denotabat Thermometrum Reaumur: thermis veto immiſſum 34 ½ conſecutum eſt; in cubili vero numero vndecimo, in quo Do-

 

Dominorum Labrum est, calor cubilis fuit 21 ½, thermalis aquae 31½.

Aquae ex scaturigine Caesarearum thermarum mense Ianuario mihi ab Expertissimo, & Ornatissimo Medicinae Doctore Casari allatae, clarae, limpidae, ita se in sequentibus gessere experimentis.

Primo. Ab immisso saturni sacharo statim descenderunt nubes brunnae, quae tamen illico in albas mutarentur, vt phlogiston in translatia non ita emineat.

Secundo. Ab auripigmenti liquore, iam tamen effoeto nihil obseruatum ab initio; dein grysea in fundo nubes, quae in album vltimo concederet. A recenti liquore ex albo caerulescentes flocculi, qui in nubem gryseam in fundo colligerentur: rumque supra exorta est nubes grysea, quae a superficie liquidi in fundum descenderet, & liquidum albide turbaret.

Tertio. Cum lixiuio fixo nubes lactea caerulescens orta est non sine opalini tinctura, qui postremus color tempore magis, magisque emicabat; vitrum incrustatum est, & niueum detectum in fundo sedimentum, vt salis medii certum adesset indicium.

Quar-

Quarto. Cum solutione argenti illico lactescebat: dein subopalinum lacti colorem immixtum habuit, qui etiam magis per aquam diffunderetur: post quatuor horas colore caeruleo praecipitata luna cornua videbatur.

Quinto. Solutio mercurii nubem densam crassam citrinam illico in fundo vitri excitauit, reliqua aqua clarescente; & eodem colore praecipitatus erat mercurius.

Sexto. Cum acido nitri genuino, & lixiuio phlogisticato post horae quadrantem ex caeruleo viridescere, post tres horas magis caerulescere, post duos dies fere saphirina fieri caepit, & quarto die caeruleum berolinense dimisit pulcrum.

Dum moderato balnei arenae calore in vase florentino euaporarent huius thermalis aquae librae duae, bullulae aereae in superficie enatae sunt, & seleniticus cremor, qui eas magis concluderet. Euaporatione ad siccitatem perfectam deducta vix vasis medietas incrustata conspiciebatur, & in primo maximoque incrustationis circulo sal concreuerat, non in fundo vasis; vniuersae concretioni squammulae cremoraceae ochroleucae, quasi aliquid martis immixtum es-

 

esset, aut terrae coloratae calarea adhuc temperatae, superponebantur, quae etiam facile abraderentur. Pondus omnium erat granorum vndecim, residui post elutriationem fixi flauo-albi granorum quatuor.

Colatura vini austriaci coloris cum tinctura curcumae expalluit, etsi striis hinc inde rubris tingeretur, vt intelligerem, cum sale medio alcali parce inesse: data est euaporationi: pars crystallisata est salis mirabilis forma scilicet trabiformi pyramidali; haec in aere calido in puluerem album farisecebat: pendebat grana tria cum dimidio: alia muriae salis crystallisari renuit; tandem calore hypocausti coacta cubos quidem dedit, sed vernice splendente brunno obductos granorum duorum.

Ex libris quatuor eodem modo ad perfectam siccitatem euaporatis obtinui residui totalis viginti duo grana, & aliquid plus: terrae cremoraceae ochroleucae grana nouem praeter id quod a filtro radi non potuit: salis duplicis huius polygoni crassiorum tuberum, & communis illius, qui diu crystallisari nollet, & semper oleose deflueret, sed tandem calore hypocausti, vt consisteret, coacti in simul grana duodecim;

prio-

prioris erant fere grana quinque cum dimidio, salis muriatici vernice brunno splendente obducti grana sex.

Lenissimo hypocausti calore euaporant librae duae aquae, quae cutim leuem calcis contraxit, latera vitri incrustauit, aliquantulum turbata flocculos posuit; ad vncias quatuor euaporata, colata limpidissima excolor fere fuit. Incrustatum vitri, & filtri residuum semper abradi potuit, erat granorum quinque semis fere. Colatura prima data euaporationi hypocausti dedit incrustationem terream maxime, pondere granorum septem; & altera crystallisatione ad perfectam siccitatem dedit salem mirabilem, & communem vernice obductos claro, splendente, albo. Residuum vitri elutriatum, denuo filtratum dedit puluerem parum cremoraceum.

Colatura ab hoc puluere, & residuo vitri euaporata quasi commata parua ochreacei coloris exhibuit; pendebant granum vnum, cum spiritu vitrioli leniter efferuescebant ob pingue, cum spiritu salis itidem lente, ob eandem rationem, & distinctam crystallisationem non exhibuere.



Puluis cremoraceus fordide ochroleucus vehementer cum fpiritu nitri efferbuit, & totus confumptus eft: adiecto lixiuio phlogifticato indicia dedit contenti ferri, & frequenter, & repetita, certiffima, & pulcrum caeruleum berolinenfe.

Sal concretus forma varius, hic clauatus, & quafi ex craffo cereali femine in ariftam terminatus: ille polygonus craffus, lateribus foetus, vterque mirabilis profapiae: alter muriaticus; prior mercurii in acido nitri factam folutionem nube, cuius centralis medulla alba effet, externa epidermis citrina, deiecit; effufa aqua totum pallide citrinum fuit. Ipfe fal hinc inde in aere fatifcebat albidus, vltimo ita totus conceffit; cum fpiritu curcumae in fordidum flauum expalluit: aqua folutus adiecto falis fpiritu in margine dedit incruftationem cruftofam irregularem, & in centro multos omnino cubulos nauiculares non fplendentes plerosque, aliquos tamen fplendentes.

Muriaticus conftantem illum, quo obducebatur, vernicem fpiritui vini rectificatiffimo, quem in brunnum vini hifpani colorem transmifit, largiebatur, & difficulter omnis ab eo etiam hac methodo feparari po-

potuit; vltimo tamen minimos dedit cubulos non splendentes cauos, seu nauiculares, qui cum aqua forti soluerent aurum.

Vt ergo thermae hae Caesareae attenuato constent phlogisto, pinguedine aliqua minerali, parco martis elemento; terra alcalina, sale mirabili, & muriatico. Dixerat Expertissimus Stocker, sulphur habere fatis purum aureae indolis, margam de natura lapidis calaminaris fatis copiosam, vt vnum praeter propter ad triginta quinque: bitumen de natura asphalti, spiritum acidum esurinum, salem communem seu genuinum, lenissima euaporatione, aliisque manipulationibus adinuentum, circiter vt vnum ad centum sexaginta: nitrum tam calcareum, quam holonitrum copiosum: ochram & pyritem aureum, & lapidescentem; cur non adhuc addidit mercurium vitae, & lapidem Phylosophorum?

II. S. GERARDI Thermae Vvlgo PLOCKSBAAD.

Ad sancti Gerardi montis, quem Buda austrum versus respicit, pedem australem prope Danubium triginta circa passuum

 

a Larumiis distantia, alia, vt videtur, & a priori distincta minera thermalium aquarum est.

Hic aedes surgunt, in quarum meditulliis labrum est, balneantibus vilioris sortis accommodatum, vt etiam inde magnum & commune balneum dicatur, gradibus ex omni parte lapideis, pauimentoque tessellato optime instructum ad quod protenditur canalis, saxo incisus, qui aquam ex parte occidentis per terram pinguem, & argillaceam coloris ex fusco caerulei decurrentem ad labrum defert, iuxta quem canalem, vbi aquam non nihil stagnare contingit, lanugines albae in medio aquarum suspensae praesertim tempore hyemali cernuntur.

Illinc ianua patet ad thermas nuper inventas, quarum aqua ex rupe ad basim caua propullulat, vbi mox in scaturiginis origine lutum nigrum deponit, dolore artuum, vicerumque infestatis sacra anchora. Praeterea vndique ex fundo aqua calida, limpidissima bullularum crystallinarum instar iucundo spectaculo in superficiem eleuatur: caloris sunt satis intensi.

A regione huius ad dextram intrantis adnectitur aliud solium, nuper constructum pro-

  

propriis partim, partim vero modo dictis scaturiginibus particeps, caloris tamen caeteris remissioris: in emissariis istarum thermarum faeces nigrae copiosae subsident. Thermae sub monte S. GERARDI recipiunt copiosum sulphur, hinc nitrum, ochram, seu vitriolum immaturum, lapidem calcareum, circiter, vti vnum ad sexaginta, non nihil de sale alcali, praeter propter, vt vnum ad centum, acre bitumen, & salis communis parum; hucusque Expertissimus STOCKER L. c.

Die vigesima sexta & octaua Febr. 1772. tempore ventoso sicco, & media stante aquarum Danubii altitudine in cubili PLOCKSRAAD scaturigini proximo thermometrum Reaumurianum denotabat vigesimum quartum gradum, aquae thermali immissum trigesimum quartum. Expertissimus Med. Doctor CASAKI.

Thermalis ex scaturigine aqua ab egregio Chyrurgo Pestinensi PEYER in dolio transmissa limpida subvinose stanicans odorem hepatis sulphuris non habuit degustata; qui phlogisticis proprius sit, saporem exseruit, & sequentem in modum sese in experimentis gessit.



Primo. Saturni saccharum leniter brunnescentibus, aut potius sordide admodum albentibus nubibus per aquam dimissum, aquam breui totam albidam, lacteamque fecit, moxque ad latera vitri conspiciebatur praecipitatus leniter fuscescens saturnus cornuus, qui dein in cinereum flauescentem mutaretur.

Secundo. Auripigmenti liquor cum thermali hac aqua spirituum in modum vnebatur primo, nec eam mutabat; dein tamen velum admodum tenue, nec satis conspicu m ex caerule) albidum in media aquae altitudine suspendebat: id sensim, sensimq e visibili magis fiebat, caeruleo colore inferne viridante, tum albo mixto: iamque vera nubes fuit, superno liquido claro, contra nubi subiugo viridente; aquam in album totam turbauit vltimo.

Tertio. Cum acido nitri nihil obseruatum, nihil etiam, dum lixiuum phlogisticatum priori mixturae superdaretur, etiam post septem horas; post diem vero, & noctem satis viridescebat, caeruleum tamen berolinense non deposuit.

Quarto. A lixiuio phlogisticato aqua fundi in gryseum opacata fuit, nec manife-

sta nubes orta est; sic dein immutata stetit: super adfuso nitri spiritu genuino nulla mutatio, nisi quod hic gryseum sedimentum consumeretur; post diem noctemque multum viridescebat, caeruleum tamen berolinense non commonstrauit.

Quinto. Lixiuium fixum illico nubem in fundo albo - gryseam liquido claro manente deiecit; abiecta post tres horas aqua ab acido nitri genuino consumpta nubes fuit, & vbi recepisset solutio lixiuium phlogisticatum, breui viridis facta est, & indicium dedit latitantis ferri, post diem dedit non adeo caeruleo colore conspicuum, ac viridi potius colore parcum praecipitatum.

Sexto. Cum argenti solutione nubes in fundo albida in carneum languens, dum e nube exstantia filamenta albide caerulescerent, vltimo praecipitata conspiciebatur luna cornua cum puluere ex albo cinereo.

Septimo. Mixta ex aqua, & nitri Spiritu crystallorum mercurii solutio nubem in fundo posuit admodum densam primo ex albo ceruinam, dein in exteriori lata superficie citrinam, dum in centro alba magis semper maneret: vltimo turpethi mineralis colorem pulcrum habuit externa superficies,

 ab-

 

abiecta aqua incrustatio turpethi pulcra, sed in interiori sua concauitate dilutior multo, & quasi cornua coagulatio conspiciebatur.

In vase florentino moderato balnei arenae calore euaporant huius thermalis aquae librae medicae duae: sub primis euaporationis initiis adgregatur sub superficie aquae albida substantia, quasi spumare liquidum vellet; haec dein disparuit, & liquidum hinc inde spumam egit: ad medietatem euaporata aqua cutem facie martialem contraxit: euaporatione ad perfectam siccitatem deducta brunno-ochreacei coloris crusta vndique vitrum obduxerat, centrum vero concaui vasis tenuissimus albidus puluis occupabat: omnia erant granorum octodecim. Residuum in vitro cum aqua forti efferbuit.

Aquam calidam destillatam, qua eluttiebatur, in profunde brunnum illico colorauit, odorem fudit aromaticum spiritus vini; colatura profundi crocei, aut tincturae curcumae coloris, tincturam curcumae in sordide, & pallide flauam transmisit; ipsa vix gustu eminentes salina data fuit euaporationi; crystallos fecit maiores tres, quatuorue polygonas, etiam crassam vnam columnarem striatam vtrinque accuminatam tartari

vi-

vitriolati, tum minimas multas cubicas regulares, & irregulares, quae etiam prioribus adcretae essent: erant omnes ochreacei coloris, pingui obductae; pendebant cum aqua crystallisationis grana octodecim; spiritui nitri pulcerrimum rubinum colorem conciliauere crystalli cubicae, & aurum soluere.

Puluis in filtro residuus, duplici parte constans vna laeui brunno-fuscâ aliquantulum splendente, altera cinereo-fusca, granorum erat quinque.

In alio experimento sub circumstantiis iisdem abigo ad siccitatem huius thermalis libras medicas quatuor: erant phaenomena, vt in priori, eadem omnia, nisi quod splendente brunno vernice, & per diuersas rimas confracto instar foliati salis rota fere vitri superficies niteret; odorem etiam habuit non ingratum, qui, dum adiiceretur aqua calida destillata, augebatur, & euaporati cremati erat. Totale omnium pondus fuit granorum triginta quinque, & plus; residui fuxi granorum tredecim; crystallorum igitur potuissent sperari grana viginti duo. Colatura tincturae curcumae coloris cum tinctura curcumae in flauo-viridem expalluit, cum spiritu vini rectificatissimo motum for-



micationis iniit, in frigore tota concrescere noluit, vnde longo tempore fornacis calore ad siccitatem coacta fuit, fine determinatis crystallis, ob vernicia pinguis harum figuram deturbantis quantitatem; pendebat perfecte siccata grana viginti duo: spiritum vini rectificatissimum non colorabat, colorabat aquam, & intensius, & dilucidius spiritum nitri, cum quo aquam regiam constituit, & aurum soluit, sed bituminis color auro soluto totus disparuit.

Igne maiori, aliquando etiam ebullitionis coquo in vase figulino eiusdem libras medicas octo: interna vasis superficies post colaturam hinc inde, vt in priori experimento splendebat. Vasis & filtri puluis plurima parte splendens brunno-fusci coloris erat granorum tredecim. Colatura de nouo turbabatur; calore hypocausti flocculos dimisit in fundum, qui non efferuescerent cum spiritu nitri; ad vncias quatuor euaporata colata est; crystallisata dedit, vt in experimento primo, crystallos has polygonas, illas muriatici salis cubicas, omnes succineo colore quasi infectas; cum aqua crystallisationis pendebant quadraginta vnum grana.

Re-

Residuum filtri, & vitri ficcatum albo-gryseum fuit, squammulis cremoraceis hinc inde variegatum, ipsi flocculi cinamomei in pauculum puluerem albo-gryseum concesserunt, aqua difficulter soluebantur, & aliquantulum soluti mercurii solutionem ex gryseo albam deiecerunt, quae vltimo circulo leniter sulphureo cingeretur: solutionem curcumae in sordide & viride flauum conuerterunt: cum spiritu nitri non efferbuerunt, & ab eo vix soluebantur: minus adhuc obseruatum ab acido vitrioli spiritu.

Moderato admodum fornacis tempore hyemis hypocaustum calefacientis calore huius aquae, vt vinum austriacum dilutum coloratae, libras tres diffio; spumam albam liquidum contraxit, & post diem, noctemque vini austriaci oleoli, hinc longe magis profundum colorem: id dein parum turbabatur; floccos profunde cinamomeos leues, innatantes primo, dein in fundum dimisit & epidermidem puluerulento pinguem superficies aquae contraxit. Ad vncias quatuor circiter euaporata, colata depofuerat ad latera vitri pingues squammulas, & incrustationem granorum septem cum dimidio. Colatura prima vix bene crystallisari ob ter-

 ram

ram potuit; nihil videbatur distincti: cum aqua crystallisationis habuit triginta vnum grana, sine hac solum viginti: fuit etiam irregularis multum terrea colatura secunda pendens grana duo; vt vel inde pateat, aquas bitumine foetas haud lenta euaporatione tentandas esse, si in sua principia resolui recte debeant.

Fixum ab euaporationibus obtentum colore hinc inde varians spiritum vini rectificatissimum non colorauit superfusum; cum spiritu nitri genuino valide efferuescebat, & fere totum soluebatur, ita tamen, vt spiritum nitri vel in brunnum tingeret, si esset obscurior, vel in bruano rubrum, si esset cinnamomei magis coloris; adeo lixiuio phlogisticato difficilia dedit contenti ferri indicia; modo enim ab eo praecipitabatur solutum in spiritu nitri in rubrum, modo concusso vitro aliquid viroris monstrauit. Residuum vitri florentini ab euaporatione quatuor librarum maxime viridescebat cum lixiuio phlogisticato, sed caeruleum berolinensem non dedit, dedit tamen sed viride magis cum liquore ex caeruleo berolinensi confecto. An praedominans color brunnus phaenomena ferri, parca caeterum quanti-

ta-

tate praesentis, suffocauit? ita omnino videtur.

Splendidus ille vernix, instar foliati salis lente visus, cremor seleniticus est. Terra a vernice separata cinereo-grysea cum spiritu nitri efferbuit, parum soluebatur, non dedit caeruleum berolinense. Flocculi cum spiritu nitri efferbuere.

Sal duplex: muriaticus copiosior, paruis & irregularibus cubis crystallisatus cum aqua forti aquam regis constituit, mercurii solutionem in album praecipitat non sine flaua tinctura superficiei superioris, quae forte a bitumine sit; alter polygonus, vt dixi, irregularis mirabilis prosapiae, in aere fatiscens mercurii solutionem turpethi mineralis colore praecipitans, & tincturam curcumae in fordide flauam dimittens.

Bitumen aquam colorans non vero spiritum vini rectificatissimum, sali, & fixis aliis pertinaciter adhaerens, spiritu therebinthinae aufertur, vt crystallisatio regularis magis obtineatur.

Ergo constat thermalis Sancti Gerardi, vulgo Plocsbaad, phlogisto thermali, in fusce rubentem colorante & pertinaciter adhaerente bitumine, martiali si demum adsit,

ad-

 

admodum laruata anima; terra, hac spiritu nitri solubili, altera refractaria magis: sale muriatico copioso, pauciori mirabili.

Differunt igitur a CAESAREIS praeter sensibiles forte caloris proprietates bituminis copia, & natura, salium pondere & terra.

VOITSBRVNN Baln. Moraviae.

AVCTORE ET EXPLORATORE

CLARISSIMO ac CELEBERRIMO PROFESSORE

CRANTZ.

Domini Celsissimi Principis a DIETRICHSTEIN, VOITSBRVNN pagus est, leuca NICKELSBVRGIO distans. Puteum is habet quatuordecim cum dimidio pedum quadratorum, ex quo anthlia medicatus liquor in balnea calefaciendus euocetur.

Minera aquae phlogisticata in eo mirabilis est, quod de die ter colorem summ mutare deprehendatur, quae enim summo mane nigra est, versus meridiem clarescit, magis vero ad vesperam. Calefacta in balneis argentum inficit, & translata hepar sulphuris multum redolet, & sequenti a cum di-

ver-

versis reagentibus phaenomena exhibet aqua maturina.

Primo. A saturni sacharo sordide lactescebat.

Secundo. A liquore auripigmenti gryseo-caeruleum quae dein virorem aliquem contraheret, nubem in fundo excitauit; turbatum die altera liquidum fuit.

Tertio. Ab argenti solutione illico turbabatur, & sordide & subbrunne vt a sacharo saturni lactescens, posuit sordidi cinerei sedimenti plurimum.

Quarto. Dimissas nubes in medio aquae mercurii solutio excitauit, tum dilutissimae flauum, quasi esset elotus color, praecipitatum fuit.

Quinto. Lixiuium alcalinum aquam lactescere fecit, & nubem in medio ex albo brunnescentem suspendit.

Sexto. Ab acido nitri non martiali inclaruit aliquantulum: adiecto lixiuio fixo phlogisticato manifesta signa contenti ferri non dedit.

Diffiaui fortiori aliquantulum igne successiue huius aquae libras triginta; inter prima euaporationis initia multum turbabatur, opaca fiebat, lixiuium cinerum fere co-

 

colore referens. Euaporatione ad libram vnam ducta, terrae, quae atrae humo simillima esset, grana obtinui sexaginta novem: in aliis experimentis maiorem eius quantitatem, dum prius dolium, vt aequabiliter omnia subsidentia miscerentur, concussissem; imo ex decem libris grana viginti quinque habui.

Terra fusca cum acido nitri genuino magna spuma efferuescebat, & adfuso liquore caerulei in superiori parte martem, inferiori cuprum prodebat; caerulescebat enim in superiori, rubebat in inferiori, quare reiteraui experimentum: cum lixiuio fixo phlogisticato idem obuenit. Sed ipsa fusca humo similis terra acido nitri soluta, diluta aqua stillatitia ex se brunno-rubrum colorem induebat aliquando, & adfuso lixiuio phlogisticato pulcrum viridem in superficie liquidi circulum excitauit, qui altera die praecipitatus nimis viridescebat. Pulvis cinereo-fuscus non calcinatus, vt & calcinatus magis cinereus a spiritu nitri difficulter nec sedule soluebatur, solutus, aqua dilutus, filtratus in viridem colorem mutabatur. Eadem solutio recepto sale ammoniaco prius, dein superdato lixiuio phlogisticato dedit

rin-

tincturam pulcerrimam saphirinam, & illico copiosum, pulcrumque caeruleum berolinense praecipitauit.

Colatura prior librae vnius oleoso-vinosa vlterius euaporata brunna, vt cereuisia, enasit: cum tinctura curcumae pallide, & sordide flauicabat; difficulter crystallisari potuit vel in calore, vel frigore, etiam alternantibus; dum vero pelliculam salinam in calore semel contraxisset, subito frigori exposui, dimisitque in fundum crystallos brunnas, sali mirabili Glauberi similes, licet tessulatas: ponderabant cum aqua crystallisationis grana triginta; eaedem in aere calido adseruatae in album puluerem continuo fatiscebant, non madescebant, vnde genium suum confirmarent, solutionem tamen crystallorum mercurii aquosam in album coagularunt, quae adiecta aqua communi feruente non lutesceret.

Quod his exemptis crystallis residuum fuerat, vlterius inspissaui, obtinui salem cubicum continuo madescentem, non vbique belle crystallisatum, qui a superfluo humido liberatus, non abacta tamen in integrum crystallisationis aqua penderet drachmam vnam, grana viginti septem, & cum spiri-
ru

Google

 

tu nitri aquam regis constitueret, & aurum solueret.

Aliarum euaporationum fere idem successus fuit, nisi quod aliquando sal mirabilis a communi non secederet, & aliqua in proportione varietas obseruaretur.

Aqua meridiana clara crystallina in lagenis bene obduratis transmissa sulphurei odoris nihil habuit: in omnibus se remissius aqua matutina gessit.

Aquae meridianae librae quinque maiori igne euaporatae nihil mirabilis salis ponere visae sunt, qui forte cum muriatico coniunctus etiam posterioris pulcram crystallisationem impediuit.

Concretio salina salsa gustus iudicio, ad lenem ignem siccata, pondere triginta septem granorum fuit, & dum solueretur iterum aqua destillata & filtraretur, in filtro granum vnum reliquit scutellulatum quasi seleniticarum, quae in aqua non soluerentur, a spiritu nitri vero auidissime abriperentur, & solutionem aquosam crystallorum mercurii excitata brunnescente nube in album praecipitarent; cui circulus citrinus circumnasceretur, sane salis mira haec praecipitatio erat, continuo enim glandes in altum eiicieban-

tur,

tur, quasi scutellulae hae magis alcalicae essent, & adiecta aqua communi feruente ex flauo fordide gryseus factus mercurius est.

Puluis huius euaporationis exacte siccatus granorum tredecim fuit, non vt prior humus fuscus, sed pulcre ochroleucus, vehementer cum acido nitri non martiali efferbuit, & mixturam, dum aqua destillata dilueretur, dedit ochroleucam: adfuso lixiuio fixo phlogisticato nec in rubrum, nec caeruleum mutatam, sed ex flauo debiliter sub viridescentem; dum vero non dilutae solutioni superdarem lixiuium fixum phlogisticatum, magis viridescere caepit. Quasi & phlogisto, & martiali elemento aqua matutina minus foeta esset.

Concretio salina aquae meridianae soluta filtrata pulcros salis muriatici cubulos dedit, cum aqua forti aquam regis constituit, aurum soluit, & solutionem crystallorum mercurii aquosam in album coagulavit, quae adiecta aquae communi feruente non lutesceret.

Qui adcrescit aheno tophus ex albo-caeruleo. fuscus sedule in spiritu nitri, quem gryseo-viridem reddit, soluitur, pars fu-

 sca

 

fca tamen & magis nigricans tophi in fundum vitri illico praecipitabantur altera fufpenfa manente. Solutio aliquando aliter & aliter fe geffit cum reagentibus, frequentiffime cum lixiuio alcalico phlogifticato nubem filamentofam floccofam intenfe cupream, quam vltimo praecipitaret, duxit; praecipitatum colore cupreum fuit, praecipitatum cum borace fufcum vitrum dedit dilute caeruleum feu caelefte. Solutio ab aliquot guttis fpiritus cornu cerui clarefcit, nec in viridem, nec caeruleum coloratur, aliquando gryfea coagulatur. Tophus poft calcinationem cum fpiritu nitri folutus adiecto lixiuio phlogifticato cupream nubem, & filamenta intenfe cuprea in fummitate contraxit. Solutio calcinati tophi nitrofa vbi recepiffet falem ammontacum cum lixiuio phlogifticato, intenfiori colore cupreo rubebat, & immerfo polito ferro cupream cuticulam conciliauit, eadem tamen ne colore quidem turbabatur cornu cerui cum fpiritu, vt hic fpiritus expifcatorium minime criterium fit cupri, prout multi perhibent: cuprum hoc ab aheno eft.

Vt ergo excellentes hae aquae videantur conftare thermali ma tis aliquam por-
tio-

Google

tionem captam tenente phlogisto, magna salis, parciore mirabilis, insigni muriatici copia, terra demum calcarea, & acidis refractaria alia.

In balneum efficacissime adhiberi possunt, tum in calefacta aqua semper est integra salis aquam ingredientis virtus ad stimulandum, soluendumque aptissima, nec post balneum Laa austriacum hucusque quidem nostrarum regionum aquam adeo in balnea idoneam examinaui, vt in integrum subscribam Doctissimo, dexterrimoque, & meliori fortuna omnium bonorum iudicio digno Chyrurgo, & in Viennensi Graphidos Academia Anatomes Professori Iosepho Pasch, hoc balneum ad pertinacissimos obstructionum, & languidae inertisque, & quasi paraliticae fibrae morbos in litteris ad me datis laudanti.

WEISKIRCHEN Baln. Morauiae,
AVCTORE ET EXPLORATORE
CLARISSIMO ac CELEBERRIMO PROFESSORE
CRANTZ.

Weiskirchen Domini Celsissimi Principis a Dietaichstein pagus est Olomucio milliaribus tribus dissitus; ab hoc



media leuca hoc balneum est, quod coloni etiam Toeplitz vocant. Minera aquae, quae in balneum adhibetur e rupe profiliens naturali cursu sub balnei domo in puteum duas orgyas profundum, totidemque latum effunditur, inde in balnei domo calefit ad vsus.

Viennam in lagenis Selteranis probe obduratis transmissa aqua limpidissima crystallina, gustu fuit acidula pungens, in experimento spirituosa, & vitro infusa bullas agens: ea sequentibus experimentis adhibita fuit.

Primo. Cum acido nitri effervescentiae motum iniuit, tum hoc composito, instillato lixiuio fixo phlogisticato nubes ex caeruleo albidae, quae illico absumerentur, exortae sunt; altera die caeruleum berolinense obtinui.

Secundo. Cum lixiuio phlogisticato illico nubes ex albo caerulea ad fundum adparuit, quae in sedimentum paucum album, & transparens resolueretur: superdato acido nitri dedit etiam altera die caeruleum berolinense.

Tertio. A caerulei berolinensis liquore gryseum statim, mox tamen albidum factum

ctum sedimentum obtinuit, quod cum acido nitri daret pariter berolinense caeruleum.

Quarto. A solutione mercurii praecipitatum coloris cerumi, ex quo glandes in altum eiicerentur aereae: id praecipitatum vltimo fordide aurantium fuit, in exteriori circulo maximo, in interiori albidum.

Quinto. Cum solutione argenti lactescebat in brunnum languens non sine leui effervescentiae nisu: altera die praecipitatum ex violaceo rubrum argentum.

Sexto. Ab auripigmenti liquore lanis caerulescens in fundo nubes, mox sedimentum gryseum, post mediam horam in media aquae altitudine caerulae suborta nubes ait, quae magis, magisque albescerer.

Dum euaporerentur huius aquae librae quatuor in vase florentino moderato caloris gradu, dedit iterim inter prime initia signa aquae spirituosae, dein cremorem calcareum contraxit, quem vsque ed finem generauit. Deducta ad siccitatem perfectam auaporationa multa vasis pars incrustate fuit, & puluere ochroleuco granuloso aut scobiformi cooperta, tum squammulis admodum albis calcareis: fixi filtri pondus fuit granorum triginta quatuor, vitro adhaerens in-

   

crustatum, & quod facile ab eo solui non poterat, vehementer, & cum sibilo efferbuit, cum spiritu nitri.

Colatura crystallisationem dedit irregularem longam ex costa quasi fibris muscularibus ornatam, lateribus dentatam alcali mineralis, tum ad circulum maximum quadratula; cubos sali marino similes. Crystallisatio ipsa tota pallidi ochreacei coloris, dein adhuc magis expalluit, albida facta: erat cum aqua crystallisationis decem granorum.

Euaporo denuo huius aquae in iisdem vasis, & eodem calore libras duas. Totale omnium pondus fuit granorum triginta, fixi filtri granorum fere septemdecim, salis colaturae primae & secundae dissipata multa parte crystallisationis aqua granorum quinque.

Huius aquae libram vnam modesto admodum hypocausti calore euaporo, cutem cremoraceam contraxit, ochram vix multam & sordidam posuit, colore in caeruleum languebat; ad vncias duas euaporata colata est. Colatura prima data est crystallisationi hypocausti, nihil reliquit, nisi terram albo-cineream cum circulo magis fla-

vi-



vicante, & dum lente conſpicerem exacte omnia, inueni hinc inde globulos aliquos echinatos, ſed paucos ſalis ſelenitici forma: pendebat in vniuerſum grana tria; cum ſpiritu ſalis vehementer efferbuit, non tamen dedit cubulum vllum, cum nitri ſpiritu idem fecit, nec hic cryſtalliſationem formauit. A colatura in filtro granum vnum ſquammularum ſalinarum ſuperfuit.

Colatura ſecunda, ex reſiduo incruſtato vitri granorum nouem extracta, ſalina magis, tincturam curcumae ſenſibiliter non adfecit, brunnam non ſine flauedinis tinctura reddidit. Cryſtalliſata cubulos, & quadrata multa exhibuit flauedine aliqua tincta, pendebat grana tria, dum reſiduus inde puluis cremoraceus filtri haberat grana quatuor: Cryſtalliſatio prior cubica calore cubiculi ſiccatae formam ſuam cubicam perdidit, & in informem maſſam ob bitumen, vt videtur, confluxit.

Ergo in vniuerſum fixa primi & ſecundi filtri fere granorum octo: ſquammulae ſalinae congelato imbri ſimiles quas in aliis analyſibus huius aquae adeo obſeruare non potui, cum acido vitrioli vehementer & violenter efferbuere, non ſoluebantur, & cry-

cryſtalliſationem nullam efformarunt; cum acido ſalis efferueſcebant, ſoluebanturque; cum nitroſâ mercurii ſolutione efferueſcebant, ſoluebantur, & turpethum minerale pulcrum non praecipitarunt etiam adiecta aqua communi feruente; in aqua vix ſoluebantur ſalinae guſtu tamen & parum ſtypticae, nec aqua calente ſolutae ſunt, & euaporatione facta magis terraae adparent: eſtne hic ſal terreus ambrionatus, aut medulla ſaxoſa ſalineſcens?

Fixum reſiduum ex omnibus tentaminibus ochroleucum cum ſpiritu nitri genuino, & lixiuio phlogiſticato caeruleum berolinenſe dedit.

Sal in aere fatiſcens pro parte guſtu lixiuioſus, acris, tincturam curcumae in dilutum ſanguinem pulcerrimum valde coccineum conuertit: mercurium ſublimatum corroſiuum nubibus brunnis in aurantium praecipitauit, vehementer cum acidis foſſilibus efferbuit totus conſumptus, & cum acido ſalis pulcerrimos, numeroſiſſimos & ſplendentes cryſtallinos cubulos dedit: ſolutionem mercurii in ſordide flauum, & in centro in aurantium praecipitauit, quod ſemper terreus eſſet. Cum acido nitri ariam

in-

 

nitrum cubicum exhibuit, & aliam cryſtalliſationem. Cum vitrioli acido ſalem mirabilem Glauberi.

Incruſtatum aheni molle, friabile ſatis, ex albo carneum terra calcarea & ochrae exigua portione conſtans cum nitri acido vehementer efferueſcit, totum conſumitur, ſuperadditoque lixiuio phlogiſticato dat caeruleum berolinenſe; vt conſtet, martiale ſtatim principium dimitti, quod in aqua balnei deſit.

Vt igitur hae acidulae conſtentur fugaci, elaſticoque ſpiritu martis elemento, terra alcalica, & minerali, alcalino ſale, eoque pauco ſelenitico; Balneum vero ex his calefactum nec ſpirituoſo principio, nec roborante ferri virtute, nec ea terrae, niſi fuerit cum toto adhibitum,

